



13. a. 7

24



Es de p. m. de con de
en casa de m. d. l. e. r. s.
de p. m. a. l. e. p. e. e.
m. d. l. e. r. s.




partición de app. h. w. e. p. i. s. o. p. a. t. s.

Don Juan.

Nombre	
Edad	
Sexo	
Estado	
Profesión	
Religión	
Observaciones	

Cs de p. M. G. - ena de
La Vega en unido e 18
en 1889 a 12 de papel.
en unido a v. d. d.



patricio de appetivo epifopats

Don Juan.

Nombre	
Edad	
Sexo	
Estado	
Religion	
Ocupacion	

B. a. 7

24



HIERONYMI
REGII PATRITII P A-
NORMITANI, SACRAE THEO-
LOGIAE, ET IVRIS VTRIVSQUE
Doct̄oris, Regi Catholico Phi-
lippo. II. à sacris.

LATHROBIUS, VEL DE
Appetitione Episcopatus.

Ad eundem Regem Catholicum.

COMPLVTI.

Ex officina Ioannis Gratiani.

M. D. LXXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS,

ET APPROBATIONE.

YO Miguel de Ondarça C, auala secretario
de camara de su Magestad de los que resi-
den en su Consejo, doy fe que en la villa de
Madrid a veynte y siete dias del mes de Ju-
lio, de mil y quinientos y ochenta y quatro
años: los Señores del dicho Consejo tassarõ
vn libro intitulado Latrobis vel de Appeti-
tione Episcopatus, que cõpuso el doct̄or don
Hieronymo Regio Capellã de su Magestad,
q̄ va en vn cuerpo, a tres marauedis cada plie-
go del. Y mandaron que no se pueda vender
amas precio, y que esta tassa se ponga al prin-
cipio del dicho libro. En fe de lo quallo firme
de minõbre en la dicha villa, dia, mes, y año
susodicho.

Miguel de Ondarça C, auala.

Impij secundum quæ cogitauerunt,
correctionem habebunt.

Sap. cap. 3. v. 10.

DE regij Senatus mandato legi Dialogum
à D. Hieronymo Regio à sacris Catho.
Maieft. cōscriptū, cui titulus est Lathrobis,
feu de Appetitione Episcopatus, qui dignus
est vt ab omnibus legatur cūm propter stili
suauitatem sententiarum & locorum vber-
tati coniunctā, tum maximè ob materiæ dig-
nitatem, vt discant omnes quàm crimino-
sum sit tales honores ambire, ac periculo-
sum oblatos apprehendere. Quapropter cē
seo Typis mandādum. In quorum fideni sub-
scripsi, Madriti, die 17. Martij 1584.

D. Molina Præpositus
Antiquera.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el doctor dō Hieronymo Regio nuestro Capellan, nos ha sido hecha relacion que vos auades hecho vn libro en dialogo, intitulado Lathrobis, vel de Appetitione Episcopatus. El qual era muy prouechoso y vtil, y nos pedistes y supplicastes os mandassemos dar licencia y facultad para le poder imprimir, y preuilegio para que por tiempo de diez años ninguna otra persona le pudieffe imprimir y vender, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizo en el dicho libro la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente fecha sobre ello dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corren, y se cuentan desde el dia de la data della: vos, o la persona que vuestro poder vriere podays imprimir y vender el dicho libro, que de suso se haze mencion en estos nuestros Reynos. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de ellos que vos nombraredes, para que por esta vez le pueda imprimir por el original que en el nuestro Consejo se vio, que van rubricadas las planas, y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala nuestro escriuano de Camara delos que en el nuestro Consejo residen. Y con que antes que se venda le traygays ante los del nuestro Consejo, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el. O traygays se en publica forma en como por el Corrector nombrado por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impresion con el original, y se imprimio cōforme a el, y quedan assi mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que assi fueren impressos: y se ostasse el precio que por cada volumen quieredes de auer, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica y leyes de nuestros Reynos. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir, ni vender: no pena de perder todos y qualesquier libros y moldes que del tuuiere y vendiere en estos nuestros Reynos, e incurra en pena de cinquenta mil maravedis repartidos por tercias partes para la nuestra camara y fisco, juez y denunciador. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa, corte y chancillerias, y a todos los corregidores, asistente gouernadores, alcaldes mayores, y ordinarios: y otros jueces e justicias: y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, asistalos que agora son como los que seran de aqui adelante que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced, que assi vos hazemos: y contra el thenor y forma dello no vayan, ni pasen en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en sant Lorenzo, a xxvij. dias del mes de Março, de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.
Antonio de Erasso.

ARGISTVS FRATER STVDIOSO LECTORI

S.



LI C dialogus in quo quæstio de appetitione Episcopatus discutitur, talis est qualis esse solet, non in gymnasijs, & academijs, sed in confessu, aut inter ambulandum in amœnitate pratorum de literis disceptatio. Quippe singula sine feruore disputationis numerosè, ac modicè disputantur. Quod introductæ personæ non illepidè præferunt. Nam Lathrobis iuxta prouerbium λάτρε βίωσασ, & Nafonis emistichium.



-- Penè qui latuit, benè uixit.

Est demissus, & sui cognoscens. εἰς ὧν verò tractum ἀπὸ τῆς εἰς ἄσιν quod est appeto, de appetitione paucis, & intra modum agit, adeò vt εἰρησιν etiam videri queat. Nam persæpe dissimulanter repugnat, facilè assentitur, & non nunquam non repugnanter tradit alteri ferrum quo ipse superari possit. Sed quoniam opus absque titulorum capitibus (prout est in vsu dialogorum) aliquid habet incommodi, & lector cursu perpetuo sæpe fastidit, eo quòd non habet vnde respiret, nec perinde ac ex rubricis (vt vocant) omnia aspectu vno comprehendit: ideo illud omnium quæ scitu digna in toto dialogo videbantur indicibus studui compensare. Quæis vtere (studiosè Lector) & Regio auctori, quod ea de re scripserit, quæ nullo vnquam seculo pertractata est, gratias memori mente persolue. Vale.

REGI CATHO LICO PHILIPPO II.

Hieronimus Regius.


S.



Vastum est à quibusdam, an fuisse Episcopatū appetere: ac nuper quidam asseruit non modò fas, sed etiam pium esse. Cuius scriptum cū animaduertērem Christiane sanctitati, ac bonis honestisq; moribus aduersari: Et nō pauca habere theologorum eius sententiæ contraria documenta: decreui de hac questione pluribus in dialogo pertractare: ne illius scriptio questionem à pietate ad fraudē vocaret, Et ab animis illorum qui honorum cupiditate afficiantur, peccati scrupulum remoueret. Qui à me (Rex inuictissime) multis de causis tuo nomini nuncupatur. Primum, ut qui multis annis tibi à sacris inserviui, obseruantie erga te meæ signum

ali-

aliquod exhiberem. Deinde, quia regis Catholici partes sunt ut ad ecclesiasticos principatus optimos viros eligat. Ad hac, quia tu sanctissime semper existimasti ad sublimes honores ecclesie haudquaquam promouendos qui ad eos quomodocumque aspirassent. Sape enim audiui te solitum esse dicere, ad excellentes dignitates ecclesie selectionem hominum qui recusant, non qui appetunt tibi placere, tibi iure posse probari: unde in illis eligendis cautior indices fit tua deliberatio. Tandem, ut hoc tam graui testimonio iudicij tui, huiusmodi Dialogus non solum a bonis et studiosis, verum etiam a corruptis et deprauatis hominibus, qui veris falsa permiscent, velint nolint comprobetur: tantoque patrocinio sustentatus vigeat semper ac viuat. Accipe igitur (Rex potentissime) cum bona gratia munusculum quod tibi offert humilis seruus tuus. Quod si in omni munere magis ipsa voluntas spectatur, quam res: obsecro, ut potius meam erga te voluntatem accipias, quam munusculum. Matrudi. Prid. Idus Aprilis. Anno Domini. M. D. LXXVIII.




HIERONYMI
REGII PATRIII PA
NORMITANI SACRAE THEOLO
GIAE & IURIS VTRIVSQ. DOCTOR.
REGI CATHOLICO PHILIP. II. A SACRIS.

Latrobis, vel de Appetitione Episcopatus.

ERON. LATROBIVS.

ERON.



VO beneficio fortunæ te nactus sum in hac patientium caporum amœnitate, Latrobi? LATROB: Gratus aduenis (Eron) et si quidē gratus aliàs cōsueuisti, verū certē nunc magis solito gratus, nobis cum his, quos hīc vides, de re graui & seria disputantibus: quē in opinionibus solitum esse scimus patefacere veritatem. ERON. Me abs te laude affici (Latrobi) magnopere delectat: nam nihil est mihi iucundius quā a laudato viro laudari: quare habeo gratiam tibi, & pro tua hu-

A ma

manitate peto, nè molestè feras præcipua capita disputationis repetere: vehementer optans à te, à cuius sententia nunquam ego latum, quod aiunt, vnguem discrepabo: egregium aliquod & exquisitum addiscere. LATHR. Istud verò abs te potius expectamus: sed, hac de causa multis verbis inter nos altercari nolumus: proinde ad disputationem veniamus, futuram (vt arbitror) fructuosiorè. Scias igitur, nullam inter nos, de controuerso aliquo iure veritatis, fuisse dubitationem: nec vllos congressus contrarios: sed bona fide dabamus operam, studio veritatis indagandæ, huic scripto, quod in manibus habemus: quod si Auctor, sui ipsius priuatū fecisset, poterat citra iacturam silentio dissimulari: sed publicum fecit: nō quòd illud, opera typographorum, in lucem emisserit: sed librariorū industria exēplaria multa describi iussit, quæ venerūt in manus multorum: pleraq; etiam ipsemet prodidit personis sublimiorib⁹, quos pro munere illis iniuncto ad effectum consilij Regis, huiusmodi opinionem spectatam atque exploratam habere oportebat: id est,

AN LICITVM ESSET EPISCOPATVM APPETERE.

Et concludit, non modò licitum, verùm etiam pium esse. Idque ostendere conatur ex diuina scriptura, & ex diligenti inquisitione rationis & argumenti. Quapropter vnusquisque nostrum aduersus huiusmodi opinionem adeò perniciosam, honestisque moribus infestam, functus est officio pij & christiani viri: quem admodum vnà tecū propositū est planum facere. Tametsi istud explicari, non satis gratum est illi. ERON. Frustra ac sine ratione non gratum est Auctori, opinionem hanc suam reprehensum iri: nam si non consentanea esse videtur christianæ bonitati, nec vllam speciem virtutis præ se ferre inuicem potius abhorre ab hominis moderatione: confitendum est illi vtile esse, religionis causa, falsam & arrogantem, aliquo studio, demonstrare. LATROB. Rectè herclè existimas: nec quicquam aliud in hac disputatione inquirendum est, pro vera sententia quæstionis: quæ qualis, & quanta sit videndū est primū. ERON. Hæc seorsum declarare nihil est opus: nam si eā ostenderis falsam esse, & doctrinæ christianæ contrariam: qualis, & quanta sit quæstio eluceat oportet. Quæ tota

versatur (vt mihi videtur) in morali p̄suasio-
 ne, quæ difficulter admittit argumenta ab ar-
 tificiofa iudicij inuestigatione conflata, quæ
 necessariè demonstrent, sicut disciplinæ na-
 turæ speculatrices : sed duntaxat quasdam
 verisimiles rationes, quæ à contradicenti-
 bus facilè eludi possunt, vel certè ad suum
 sensum applicari. Propterea velim primùm à
 nobis disputari absque tumultu & strepitu,
 leniter & vrbane. Nam ego illorum morem
 sum maximè detestatus, qui in controuersijs
 multa conuitia admiscunt, & malum fomē-
 to adaugeant, semperq; (vt est in veteri pro-
 uerbio) fœnum habent in cornu. Deinde Au-
 ctorem ipsum, suppresso nomine, blandè
 ciuilerque tractari, nè qua fiat alienæ existi-
 mationis iactura: & nè (si vestrum aliquis illi
 velit referre sermonem) nouum dissidium
 gignat: sed potius in nostram sententiam per-
 trahat. Quippe fieri potuit, quod illud rectè
 factum existimarit simplici, sinceroque ani-
 mo, si quidem non fuit vel ambitione, vel ali-
 quo alio immoderato mentis affectu, iudi-
 cijue perturbatione commotus: quod certa
 asseueratione affirmare, temerarium & peri-
 culosum

culosum videtur: nam Dominus est qui iudi-
 cat, & qui iudicat fratrem suum detrahit le-
 gi, & iudicat legem. Neque tantopere miran-
 dum si lapsus est in hac quæstione, ipsi fortas-
 se eo tempore nondum benè perspecta, pla-
 neque cognita: nam hominum est aliquando
 errare: solius autem Dei nunquam falli, nec
 fallere. Nec cōtinuò minùs sapiens, quia id
 sibi aliquando ad veritatem persuaserit: nam
 magnæ eruditionis viri nonnunquam dor-
 mitare videntur, quod de Homero dixit Ho-
 ratius: sed postea euigilāt, versisq; velis sui
 cursus errorem corrigunt, & diuersum dicūt
 ab his, quæ priùs, atque in contrarium omni-
 no vertunt sententiam: vt fecerūt quàm plu-
 rimi scriptores, inter quos est A. Augustinus
 doctor verè catholicus, qui cū aliquando in
 Fortunati heresim, & in quosdā alios errores
 incurrisset, postea aduersatus est illi, & suo-
 rum errorum saluberrimū ædedit de Retrac-
 tatione libellū. Et Aeneas Syluius, qui deinde
 Pontifex Max. factus, Pius II. appellatus est:
 cū adhuc iuuenis, nec dum sacris initiatus
 in lib. suorum dialogorum, de cōcilio Basiliē-
 sium, in contradictionem Eugenij Papæ, per-

*Cor. 2.
ca. 4. d.
Iac. ca.
4. 11. b.
ca. à no-
bis de
sent. ex
com.
In arte
Poët.
Ex uita
per Pos-
sidoniu.
Calam.
Episc.
Hoc ma-
nifestè
apparet
ex bulla
suarum
retracta-
tionū.*

imperitiam lapsus esset, ac postea agnouisset errorem: scripsit retractationum opusculum quod absque detrimento aliquo existimationis suæ diuulgauit. Verùm interim commemorari abs te cupio rationes potissimas, quibus nisus est ad sustinendam opinionem suã. LATHRO. Proferã , quantũ fieri poterit meo ingenio, ex omnibus insigniores, citraque vllã acerbiter & rixam: nè quid ex illius auctoritate detrahatur, cui ego vehementer velim consultum iri: nam ab eius sententia ita disiungor, vt in eadem disiunctione in amicitia perseuerem: memor illius vulgatæ sententiæ: Homo amicus esse debet, licet veritas multò magis. Itaque inspecto scripto (mi Eron) quod modò in sermone, & quæstione versatur: attentè admodum, nam acutè inspici oportuit, tãto ab Auctore artificio fuit confectum: hãc in primis auctoritatem inueni, quam esse dicit manifestissimam, atque potentissimam ad sustinendam sententiam suam: vt quæ neque redargui, neque cõuinci possit: quam D. Paulus in literis ad Timotheum scripsit, his verbis: † Qui episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat. Qui

Pri.ca.
3.4.1.

locus


locus non probat (quod inter nos paulò ante dicebatur, quàm huc aduenisses) posse quenquam intētum animum habere ad amplissimum Sacerdotium appetēdum, multoque minùs ad intentandum: quod est præter cetera pestilētissimum: sed indicat, quid sub illo nomine † Episcopatus, designatur (is enim est, qui ἐπισκοπος græcè nominatur, qui assiduè euigilat excubatq; super aliqua re in excelso collocatus, quem speculatorem vocant) quantũ attinet ad singulare opus christianæ Religionis, & ad studiũ boni Pastoris: quem assiduum custodem, & speculatorem esse oportet gregis sibi commissi, & virtutũ omnium sectatorem, ijsque ceteris præstare vel certè sic ab alijs existimari. & nobilitatẽ, potentiam, honores, dignitates, quæ sunt ex hominum persuasione: priuatas commoditates nempe, opulentiam, requiem, gaudiũ, cœtum amicorum, quæ sunt ab hominibus inuenta: inanes & inquinatas delectationes quæ citò auolant, nec quærere, nec concupiscere: & pro criminibus populi vigilijs, parsimonia quotidiani victus, ardentibus precibus, afflictione corporis cõmouere Dei mi-

fericor

misericiā, & efflagitare tutelam, & præfidiū suę diuinę virtutis. Quod dilucidè illa
Super
Mat. Ho
mil. 35.
in opere
imperfe.
2. 2. q.
§ 5. ar. 1 Chrysoſtomi ſentētia declarat: conuerſatio
 melior deſideranda eſt, ſed gradus dignior,
 & primatus eccleſiæ ab aliquo appetendus
 nō eſt. Idque etiam Thomas affirmat, quūm
 ait: poteſt abſq; præſumptione quilibet appe
 tere talia opera facere, ſi ei contingeret in ta
 li officio eſſe: vel ſe dignum eſſe ad talia ope
 ra conſectanda. Atque hoc eſt bonum opus
 Episcopatus, quod D. Pauli commendat au
 ctoritas, ſecūdum ſanam, ſalutaremq; doctri
 nam doctōris Angelici: quando quidem in eo
 tanquā in opere primario Religionis noſtrę
 virtus verè perfectā, ſuiſq; omnibus partibus
 abſoluta, cōſiſtit. Qui ergo Episcopatum ex
 petit, virtutem ſcilicet in Episcopatu poſitā
 dicitur bonum opus expetere, quia ſolidum
 abſolutumq; totius ſanctitatis exemplar ad
 imitandum expetit, quod ſibi rectè viuendi
 rationē, diſciplinamq; omni ex parte perfec
 tam expletamque præſcribet in omni gene
 re ſanctitatis. Præterea etiam, ex verbis præ
 dictis non conſtat ratio ſui argumenti: nam
 cū ipſe ad intuendum verum, ante omnes
 alias

alias ſcientias, quarum magnam intelligen
 tiam ſibi vendicat, Dialecticē didicerit: cu
 ius officium eſt deteſtari fallaciam orationis
 & ex certa ratiocinatione propoſitionis &
 aſſumptionis complexionem aſſumere: quo
 modo ad vltimum perfectè cōcludit, aut por
 rò effingit, ex eo quòd opus bonum deſide
 rat, qui Episcopatum deſiderat: continuo hu
 ius deſiderium bonum eſſe? quod conſequē
 tis abſurdum, ex propoſitis (vt apertius cog
 noſcatur per ſimilitudines) par eſt, ac ſi dice
 remus: ſi quis diuitias, honores, ſummasque
 amplitudines deſiderat, bonas res deſiderat:
 ergo huius deſideriū bonum eſt? non ſequi
 tur. Nam ſi opes, honores, ampliffimi magi
 ſtratus, & id genus ex ſe nō habent, quod ma
 la ſint: in ipſo animo appetēti vitium eſſe po
 teſt. Et ſi quis formoſam puellam concupi
 ſcit, rem bonam ad propagandam ſobolem
 concupiſcit, ergo talis cupiditas bona eſt? nō
 concludit: quoniam poteſt eſſe foediſſima, ſi
 eius animus eſt impurus. Et ſi quis cuipiā fu
 retur pretioſam lautamque ſupellectilem:
 aut veſtem aliquam auro, gemmiſque inter
 lucentibus exornatā: bonam rem furatur: fur

B tum



tum ergo huiusmodi bonum est? nequaquam. Et si quis laudem affectat, bonam rem affectat: pulchrum enim est laudari, præsertim à bonis & à laudatis viris, nec est in rebus humanis quicquam excellentius laude, quam præmium virtutis philosophi statuerunt: igitur ambitio laudis est bona? nõ efficitur: insudandum enim est vt laude digna geramus non vt laudem affectemus. Quod etiam in via philosophorum non ignoratur: qui confessi sunt, non solum diuitias & honores contemnenda, verum etiam laudationes iustas effugiendas esse. Nihilo secius curandum est pro virili nostra, vt nos præbeamus dignos Episcopatu, prudentes, sobrios, quietos, modestos, castos, humiles, verecundos, non rudes sacrorum voluminum, non litigiosos & asperos, non tetros: sed blandos, amabiles, in omnibus moderatos, prauis cupiditatibus inuictos, denique irreprehensibiles (vt monet

P. ARTI
3101. 6. 5 Apostolus) quales nos Episcopos esse oporteret. Quid (Eron) tibi videtur de expositione ista? Nunquid non probatur? ERON. Cur non? LATHRO. Quia nihil mihi respondes. ERON. Facio, quia reprehendi nullo modo

do potest: vt quæ ex interpretibus scripture sacrae, & summorum Pontificum sanctionibus deprõpta est: ex qua facile intellectu est, quod non efficitur bonum opus, ipse appetitus Episcopatus, ex quo quis desiderans Episcopatum, desiderat bonum opus. Quanquam non eodem modo traditur à quibusdam.

LATHROB. Atque videamus, obsecro, quomodo possit aliter se habere. ERON. Quod videlicet, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: tum vt bonus eum locum occupet ad salutem, quem malus ad perniciem occuparet. Si enim (vt præclare apud Platonem est) docti honestiq; homines imperare nec volunt, nec curant omnino, nisi cum intelligunt Rempub. administrationi malorum subiiciendam esse: qua de causa vltro se ad eam gubernationem inferunt, tanquam ad rem necessariam, cum neque melioribus, neque similibus committi valeat: quanto magis licebit viro perfecta iustitia & sapietia prædito cogitationem suam, curamq; traduce-re ad tractandum gubernaculum Ecclesiae, cum animaduertit eam in discrimen aliquod veturam, si id alteri cuiquam, quam sibi vni

De Rep.
dialog. 1

crederetur: seq; existimat aliquid in ea posse præstare, quod nullus alius possit? immò verò si id facere prætermitteret, iure optimo reprehendendus esset. Quis enim non eum obiurgabit, qui cum imperitia nautarum nauigium periclitari videat, in quo solus ipse sit rei nauticæ peritissimus, non libenter ac sponte clauum apprehendat, illudque officio suo ex maris & ventorum tempestatibus moderetur & sustinet: sed malit secum unam de mergi, cum maiori cæterorum malo, quam ad capescendum gubernaculum se non ascitus inferre? Ex quo colligi videtur, studium hoc desiderandi Episcopatum quandoque, ex externa causa, vituperari non posse.

LATHROB. Videtur (amice Erò) sed quia difficile factu est, & negotium multo periculo sissimum, ut quis cum fiducia sui talem se esse intelligat, quod ex merito suo sibi debitum arbitretur Episcopatum, quod est manum suam ipsius osculari: ideò quamuis ista interpretatio quadrare videatur, quia id de se nullus affirmare potest, nullus Episcopatum desiderare debet. ERON. Sed fac virum aliquem extra omnem culpam, hisque omnibus virtutibus

tutibus, quas commemorasti, Episcopatu, omniq; alia professione Christiana dignissimis, plus quam cæteros excellentem, atque præstantem: quique se per se ipsum agnoscat, quomodo reuera est: & quidem fac illum bonum virum, & rectè de se iudicantem: huic licitum erit appetere Episcopatum? LATHROB. Equidem, si talem se esse norit, nec decipitur: nam vis de virtute sua facturum iudicium, sapientem virum, ac bonum esse. Vir autem bonus ac sapiens esse debet integri sensus, cælesti contemplationi deditus, veritatis aviditate flagrans, ingenio cautus, Reipub. prouidus, & ad agendum & docendum accommodatus. Atque hunc demum concedimus tibi, non solum per se ipsum strenuum & incorruptum esse oportere: sed alios etiam ad rectum formare, & reddere meliores: quod proculdubio præstabit salubrius si præsit ciuitatibus ac populis, quam si solitaria priuataque vita contentus sit. Cæterum, ex tot ac tantis viris probis & sapientibus, inuenio neminem quem possem commemorare, qui de se ipso, virtutis gratia, statuatur ac loquatur quantum honoris mereatur: præsertim quod si se ipsos rectè no-

rint, alios quo honore digni sunt, non æquẽ
norunt. Quãquam neque id ipsum tenere po-
test: nam qui ignorat deteriores homines, &
meliores: sui ipsius etiam ignarus erit dete-
rior nè sit, an melior. Quam ob causam arbi-
tror Menandrum meritò ad oraculi dictum
Cognosce te ipsum: hoc etiam addidisse: Co-
gnosce alios homines. Quod si in vniuersis
officijs, in quibus est aliqua auctoritas & po-
testas in populo, operæpretium est cogitare,
tamen maximè in amplissimo Sacerdotio nè
cessarium est cognoscere: cum hoc, præ cæte-
ris ecclesiasticis functionibus, multò magis
sit in comparatione positum. Et quamuis
Episcoporum electores tantum ea lege teneã-
tur, vt de multis magis aptum & habilem ad
gubernationem animarum eligant, cuius cõ-
paratione cæteri inferiores sint, & quemad-
modum Hieronymus loquitur, grex dicantur:
tamen Episcopatus appetentes nõ solùm
aptiores ad regẽdum, sed etiam vita, atq; mo-
ribus sanctiores esse debent. Vnde Bernardus
inquit: Tu autem frater, qua dementia alie-
na aut curare cupis, qui nondum adeptus es
plenã charitatem: aut acquiescis, cui adhuc
nulla

nulla, aut tantula charitas non est? Quod il-
lustre testimonium explicatè declarat: quod
qui sine vlla appetitione animi sui ad Episco-
patum eligitur, acquiescere possit electioni,
modò in se aliquod impedimentum non a-
gnoscat, quod ipsum indignum efficiat tãto
munere: sed nulla ex parte debet appetere, si
perfectam charitatem nondum assequutus
est. Quotus autem quisque ita moratus, vt
veneranda religio amplissimi Sacerdotij po-
stulat, charitatem (vnde fructus meritorum
vniuscuiusq; censetur) præ alijs habere se, au-
ferit affirmare? cum nullus sit tam syncerus
& iustus, qui dũ se ipsum suamq; propriã
infirmitatem respicit, de Dei gratia formi-
dare & timere nõ possit: & quem nullus sup-
plicij metus terreat, aut saltem aliquis supe-
rioris vitę timor attingat: sicut scriptum est:
De propitiato peccato noli esse sine metu.
et rursus alibi: Memor esto vnde excideris,
& age pœnitentiam. Quò spectans Regius
Propheta dixit: Delicta iuuentutis meæ, nè
memineris Domine. Atque tria hæc nempe,
Timor domini, Metus supplicij, & Formido
propitiati peccati cõscientias fidelium quò
magis

In Tra
sylcote.

D. Tho.
2. 2. q.
185. ar.
3.

Ad Oce
anũ. &
cit. di-
stin. 25.
c. in unũ
orariũ.
Super cã
tic. ser.
18. &
58.

D. Th.
q. & ar.
sup. cit.

Cõ. Tri-
dent. ses.
6. ca. 9.
Nã sicut
nemo.
& infra
can. 13.

Eccles.
c. 5. b. 5.

Apocal.
c. 2. a. 5.
Psa. 24
b. 7.

magis ad perfectionem sanctitatis accedunt
Iac. c. 3
 a. 2.
 Eccles.
 c. 9. a. i. prestringere solent: quia (vt Scriptura inquit)
 in multis offendimus omnes. & sunt iusti &
 sapientes, & opera eorum in manu domini:
 & nescit homo amore nē, an odio dignus sit
 sed omnia in futurum reseruantur incerta.
 Quò circa Paulus (cui ex diuinatione cœle-
 stis afflatus, magnitudo suorum meritorum
 constare potuit) quò omnibus istam licentiã
 de proprio iure iudicandi semetipso præci-
P. Cor.
 c. 4. a.
 4. deret, quū dixisset: Nihil mihi cōsci-
 us sum: statim adiecit: sed nō in hoc iustificatus sum.
 Ad quam honestam, laudabilemque ratio-
 nem formidinis & timoris Gregorius, quū
 Pōtifex factus esset inuitus, se applicuit, scri-
 bens in hunc modum: Consideranti mihi q̄
Ad E-
 pis. Cō-
 stantin.
 libr. 1.
 epi. 24 impar meritis, atque toto animo renitens pō-
 dera curæ pastoralis portare compulsus sum
 caligo mœroris occurrit: nam quid Antistes
 ad dominum nisi pro delictis populi inter-
 cessor eligitur? Qua igitur fiducia ad Deum
 pro peccatis alienis intercessor venio, apud
 quem de proprijs securus non sum? Ac dein-
 de, paucis versibus interpositis, subiecit: Val-
 de pertimesco nē plebs fidelium mihi com-
 missa

missa, reatus mei additamento depereat, cu-
 ius hucusque delicta Dominus equanimiter
 tolerabat. Nam cū is qui displicet ad inter-
 cedendum mittitur, irati animus ad deterio-
 ra prouocatur. † Si quis autē certò, & absq;
 vlla omninò dubitatione sibi pollicetur cha-
 ritatem erga Deū, & (vt iisdem verbis Dis-
 putatoris loquamur, quæ ad extremum præ-
 sentis scripti in conclusione posita sunt) cre-
 dit iustè se, ac pœnitenter viuere, & spiritu
 Dei ambulare, secū dum illud Apostoli: si spi-
 ritu viuimus, spiritu & ambulemus: atque ea
 propter se benè facere, si manifestò Episco-
 patum desiderat: credit q̄ christiana & ca-
 tholica veritas non permittit. Idque etiam
 in medium proferat, mirum in modum sibi-
 met ipsi videtur oratio repugnare: quippe
 qui titulum gerens euangelicæ functionis,
 perspicuè pugnat cum euāgelio verbis ipsis:
 dicēte Domino: Vos estis qui iustificatis vos
 coram hominibus, Deus autem nouit corda
 vestra, quia quod hominibus altum est, abo-
 minatio est apud Deum. Atque hoc est illud
 quod in Prouerbijs scriptum est à Salomone:
 Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœti-

† Dispu-
 tatoricæ
 scripti
 sui cōclu-
 sione, hæ-
 retic⁹ er-
 ror obij-
 citur.

Ad Gal.
 ca. 5. d.
 25.
 Cō. Tri-
 dent. lo-
 co citat⁹

Lu. c. 16
 b. 15.

Cap. 17.
 a. 12.

C bus

bus, quàm fatuo confidenti sibi in iustitiâ sua. Qui eò turpior est, quia in hoc ipso labitur, cuius disciplinâ profitetur: veluti si quisquam musicum se professus, vocem notis nō consentientem efferat ad canēdum: & incōgruè loquatur, qui vult haberi grāmaticus.

ERON. Rectè equidem, verùm si quis in hoc ipso genere talem bonitatem ac perfectiōnē non ita animo suo atque intelligentia comprehendit, vt eam sibi certò polliceatur, nè decretis canonicis aduersetur: sed modesta quadam estimatiōe, probum se ac bonū hominem arbitretur, & quidem cum hæsitatione & diffidentia iudicij sui, vt hoc synce-
rè sibi liceat cogitare: sitque ideo paululum ad Episcopatum procliuior, cupiatque in primis eo dignus existimari ab his qui tenent regios principatus, & eligendi Episcopos auctoritatem habent: captetque eos obsequio vel seruitute ad consequendum illum: quod hac nostra tempestate faciunt plerique ex familijs locupletum, qui quasi longi seruitij mercedem, accipiunt dignitates: hunc dignū putas qui assequatur & obtineat tanti muneris functionem? LATHROB. De Regibus & Opti-

Optimatibus, qui (vt Hieronymus inquit) nō quærunt eos in Ecclesia columnas erigere, quos plūs cognoscunt Ecclesiæ prodesse, sed quos plūs ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit; in præsentia nihil dicā: quia præter susceptam disputationem videri posset, & ex scripturis patrum doctrinisque Theologorum facilè colligi licet quòd in eandem ignominiam, & damnationem incurrāt: eo quòd aliorum criminibus præmuntur, & (vt Apostoli verbis vtar) peccatis communicāt alienis. Sed si huius ego iudex futurus essem, non solū ipsum ab huiusmodi dignitate secludi oportere iudicarem, verū ab ipsis etiam sacris eiici. Ad cuius rei confirmatiōnem solet valere plurimū decretum Leonis de Episcopo alienam cathedram appetēte: quem ob id nō solū ab illa arceri voluit, verū etiā de sua certa ac propria remoueri.

ERON. Istud habet seueritatis fatis: mihi verò magis congruere videtur, quòd illi cōtingat appetere ac velle, nec tamen fieri voti com-
poti Nam nihil est acerbius, ac miserius quā frustrari. LATHROB. Hoc nihil ferè est, aut ad-

Citatur
hæc au-
toritas
D. Th.
2. 2. q.
185. ar.
3.

Inno. in
c. Tria. de
elat. &
quali. et
Caic. in
com. D.
Tho. ar.
& quæ
cit.

Ad Anast.
sta. The-
salō. epi.
& citat.
8. q. 1.

modum paululum: nam frustrari non honestè ac rectè appetentè sua spõte cõsequitur. Quoties enim ea quę nõ in nobis sed in aliorũ potestate sunt, immoderatiùs appetimus: & ex his vitę tráquillitatē, aut (quod maius est) honestatem exquirimus: non vno modo solùm, sed bifariam frustrari necesse est: in primis (quando me in hũc locum tua deduxit oratio) cùm ea quę in aliorum voluntate posita sunt, assequi non valemus: deinde quoniam si forte fortuna quod cupimus studijs, & artibus consequamur: ipsam tamen virtutem, quam per excitãtem gratiam Spiritus sancti, semper in prõptu habemus, non consequimur: quam si tantùm appeteremus neutro modo frustrari contingeret, nam nihil ex omnibus neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; alia creatura prohibere potest quin assequamur in genere virtutis (diuina gratia adiuti) quod est in nostra voluntate collocatũ. Ad quod declarandum hisce tam multis nominibus vsus est Apostolus, vt id quam maxime

mè significaret. Cùm verò supra nos attollimur, & quę in nobis non sunt, consequi cupimus, primùm in vtranque perniciosam vacuitatem (vt dictũ est) incurrimus: postea in tria vitia propellimur; nẽpe, Superbiam, Irã, & Inuidiam, quę ex huiusmodi cupiditate nimia semper propemodum oriuntur. Quò fit vt conturbemur, & doleamus, & in multas corporis & mentis molestias incidamus: cũ anxias atque acerbas difficultates nostrorum conatum non toleranter & patienti animo sustinemus. In quos deformes, concitato s̄que motu rationis, sola appetitio eorum quę non sunt in nostris manibus nos adducit: præsertim si insolentiùs hos sublimes & diuinos honores appetamus, qui nondum humilioribus dignos nos existimare deberemus. ERON. Quid si neq; obsequio, neq; famulatu, neque vllis artibus, studijs s̄ue captet electorum benevolentiam ad impetrandum: sed, pro suę conscientię testimonio, ab his se existimari cupiat ante alios dignum Episcopatu: qua de causa, quam in se esse censet probitatem, ac doctrinam patefaciat personis sublimioribus, à quibus approbari oporteat

teat ad obtinendum delinquit? LATHROB. Me herclè valdè, quia appetitio huiusce estimationis, pro hoc amplissimo munere obtinendo, turpissima est, & à maxima temeritate seiungi nō potest, quantumuis minima per se sit: nam neui & verrucæ, quamuis per se sint parvæ maculæ, tamen faciem fœdant deformitate notabili. ERON. Verùm modò da, quì fieri potest, vt tam nequiter peccet is qui cùm nullius sibi criminis conscius sit, nihil aliud facit (dato q̄ parùm modestè ac moderatè facit) nisi quòd virtutem suã atque doctrinam, in quibus tota eius vita, contentioq; posita est & versatur, paulò gloriofius ijs recēset, quibus ipse plurimùm fidit ad impetrandum: nempe, viris supremis qui Magistratus gerunt, & Reipu. præfunt, ad quos ex munere sibi iniuncto, attinet explorare illorum partes, qui ad honorum gradus admittendi sunt? LATHROB. Hoc ipso fit vt gravissimè peccet, quia peccat in ea ipsa perfectione vitæ, quam profitetur, cuius rei testimoniũ

Job. ca. 33. v. 8. Scriptura præbet, cùm ait: Quia dixisti mundus sum ego, & absque delicto, immaculatus & nō est iniquitas in me: hoc est ergo in quo non

non es iustificatus. Quod Menander etiam In Em-
pimpramene. (vt omittam auctoritates, quibus hoc multis in locis sacra Scriptura confirmat) perspicuè testatur, his verbis: Quòd tibi maximè places, id ipsum te pessundabit, nēpe, opinio qua tibi aliquis esse videris. Ideoque qui parùm modestè ac moderatè virtutem suam, atque doctrinam effert, modestus & moderatus esse non potest: quamuis nō faciat insolenter. Si quidem eum qui minùs rectè & honestè viuit, rectum & honestum non appellamus: nec si quis vitijs flagitijsq; omnibus affectus non est, malus dici non potest. Quis autem nisi alienus à virtute de se iudicaturus est, iudex effectus ipse sui, quo honore sit dignus? Quis nisi corruptus immoderata licentia sui ipsius, sibi met ipsi iudiciũ permittet, vt statuat & decernat quantum honoris, in aliorum comparatione positus, mereatur? præsertim cùm non norit quãtum alij in virtute, doctrinaq; profecerint, vt ex bona fide in rem suam æquus arbiter esse possit, quã tũcunq; se habeat probè perspectũ: cũ sapiētiior sit, qui suã ignorãtiam nō ignorat, seq; cæteris minoris æstimat. Vnde Socrat. (qui non

non hominum modò, verùm etiam Apollinis oraculo fuit sapientissimus iudicatus) stultos ac dementes vocat eos, qui se pluris esse quàm cæteros, ac magis scire putant: se verò hoc vno sapientem ostendit, & reliquis præferendum: non quia plùs sciret, sed quia magis nescire se agnosceret: vt apud Platonē ex ipsius Apologia planum fit. Et Heraclitus ideo Philosophorum sui temporis sapientissimus habitus est, quoniam aiebat ex studijs cognoscendæ veritatis & doctrinæ, hoc se cõsequutum: vt cognosceret quod erat cognitu difficillimũ: nempe, q̄ nihil sciret. Et Demonax, cùm admirabilem progressionem fecisset ad Philosophiam, in conspectu plurimorum atque præstantium virorum interrogatus quando philosophari cœpisset, respondit: vt primùm sibi inscitix suæ notitia facta est: Quid ergo tibi dicendum videtur de his, qui sibi ipsis sapientes vidētur, quiq; ad cõparationem aliorum operam studiũq; suum conferunt, præferuntque: nisi illud quod ad Galatas scripsit Apostolus, quòd sic stulti sunt, vt cū spiritu cœperint, carne consumantur? Tantùm enim à salutari, diuinoque

noque spiritu atq; à recta intentione aberrāt quantũ deprauato iudicio, ac sensu proprio sibi ipsis blandiuntur. Quod potest non paucis sacræ scripturæ testimonijs comprobari: Ponderus, & pondus: mensura, & mensura: vtrunque abominabile est apud Deum. Et rursum: Abominabile est apud Dominum pondus, & pondus: statera dolosa non est bona. Atque alibi super hoc maiorem in modum Scriptura indignatur, sic enim legimus apud Nahum Prophetam loquutum fuisse Dominum: Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa? Et iterum apud Isaiam: Qui dicunt recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, & reddam, & retribuam in sinum eorum iniquitates. Et euangelicis cõsilijs, monitisque istruimur, nè quid nobis sit commune cum Pharisæo illo, qui sanctimoniam præ se ferebat ad ostentationem, Publicano suam calamitatem exprobrando. ERON. Quid si honorem hunc minimè dicat ex magnitudine suorum meritorum deberi sibi potius quàm alteri; nec ad cupiditatem gloriæ eius desiderium feratur, sed summa

D dun-

Verficu.
Ego hoc
homine
sum sapi
entior.
Ex Ari
stonymi
tomarijs

Cap. 3.
4.3

Prouer.
20.4.10.

Cap. 6.
6.11.

Ca. 65.
4.5.

Lu. c. 18.
4.10.

duntaxat vtilitas populi christiani moueat ad appetendum; ea causa appetere statuendū est licere? LATHROB. In hoc etiam sibi non leue præsidium collocauit ad probandam sententiam suā: quod paulò post impensius, accuratiusque depellemus. Interim expendamus auctoritatem, quam secūdo loco affert Isaiæ viri summæ sanctitatis & innocentiae, qui Deo se sponte obtulit ad opus conuertēdæ multitudinis ab idolorum cultu, & prauitate morum, ad eius maiestatem, dicens: Ecce ego, mitte me. quo grauissimo, sanctissimoque exemplo licere (ait) absque peccato Episcopatum appetere, petere, & procurare. His enim tribus verbis subiectis, propositum sibi diffiniendum constituit: quæ in isto genere quæstionis plurimis in rebus dissimilitudinem habent. ERON. At enim si iuuat ad tollendam dubitationem, scire quid intersit: dic quomodo se habeāt inter se. LATHROB. Profectò iuuat: & quoniam tu ita vis, dicā qua ratione differant: Quòd videlicet, petere magis vitiosè se habet, quàm appetere (si quidem dubium non est, quòd vitia alia alijs sunt maiora) nam hoc in nobis ipsis est solū,
& intus

& intus fit, quod cū volumus facilè coërceri potest, quamuis, vt diximus & paulò post dicemus, nec honestum nec laudabile dici potest; & iusta reprehensione temeritatis non caret. Illud verò iam extra mouetur, atque foris existit, quoniam petere est aliunde quærere, ad quod appetitus iam auctus, vt efficiatur voti compos, vehementius atque immoderatius procedit: ideoque ad vitium habet progressionis multum; & notatur infamia ambitionis. Procurare autem criminofum est, & reuocatur in iudicium simoniæ. Quod nomen de præfenti sermone, tanquàm intolerandum & horribile, abijciamus. Nam non sumitur hîc ab Auctore, prout latinè significat gerere vel administrare: sed secundum consuetudinem sermonis vernaculi cū in re aliqua obtinenda nostros omnes conatus intendimus, atque etiam fauorem sublimium personarum imploramus; quibus cum affectus nostros communicauimus, nec non procuratores adiungimus, qui negotium agant & tractent: quod emendatè aucupari & consecrari dicitur. Quo pacto non modo captare Episcopatum, sed etiam sacros
D 2 ordi-

8. q. 1. in
scri. ex-
tra. de
iur. pat.
c. per ue-
stras. gl.
in c. tua.
de etat.
et qual.
uers. nul-
lū. Arc.
in ca. or-
dinatio-
nes. 1. q.

ordines ex iure pontificio cautum est. Vbi
i. q. 1. c. quibusdam. Gregorius Episcopus Ilerdensis Prouinciæ
 monet, nè alicuius gratia neque supplicatio-
 ne, quenquam ad sacros ordines audeat pro-
 mouere. Quod non solū Ecclesia in mini-
 stris deligendis, ordinandisque perhorruit:
 sed etiam sectæ Gentilium, quæ pro consti-
 tuendis Magistratibus ad res publicas synce-
 rè gubernandas, tulerunt legem ambitus: de
 quo Romæ factum referunt Senatusconsultum:
 quod postea nè varietate temporum in-
 termoreretur, Valentinianus & Martianus
In libro legū nouell. nouellis legibus renouarūt. Nec me herculè
 reperio hac de re in libris vllis nomē tam ve-
 hemēs ac durum, quod Hic iste in huiusmo-
 di genere contentionis, ingenio tam præci-
 piti in medium tulit: quasi parum fuerit duo-
 bus primis causam explicasse, nisi addidisset
 hoc tertium. ERON. Fortassis vt videretur
 magis copiosus & disertus. LATHROB. Sed
 ego potius credo quòd ipse simpliciùs indoc-
 tiusque, & (vt est in prouerbio) crassa Mi-
 nerua vtitur hoc vocabulo, si quidē ad suas
 cogitationes, & studia non respexit: quoniā
 isthæc vox, Procurare, qua sibi ipsi mirifi-
 cè

cè blanditur, in conspectu posita, commodè
 apteque quadrat ad id quod agit. ERON. Istud
 nihil prohibet quòd minùs etiam credi possit:
 nam (vt fertur) qualis vnusquisque est loque-
 la indicat: sed de hoc satis, nè huic homini
 iniuriam faciamus. Nūc scire cupio, quid ar-
 gumentum habeat proposita auctoritas Isaia.
 LATHR. Siquid doctorum iudicij est, qui eam
 interpretantur & explanant, indicat promp-
 tum & paratum hominem ad obediendum
 Deo; qui que ad eius nutum quodcunque im-
 perium non recusat, quantumuis ex vsu no-
 stræ rationis intelligi non possit. Hæc enim
 verba: Ecce ego, mitte me. expletam & om-
 ni ex parte perfectam obedientiæ formam
 præscribunt, quæ vni & immortalis Deo de-
 betur, qui est super omnia Rex regum, & Do-
 minus dominantium: cui parere & obtempe-
 rare tenemur secundum interiorem animi
 motum, quo actio voluntatis continetur.
 Nam sicut Deus gubernat, mouetque vi su-
 periori vniuersa que naturaliter mouentur:
 ita quoque contactu quodam cœlesti atque
 diuino, omnem voluntatem mouet, atque
 eo magis supra modum naturæ instigat, cogit-
 git-

Explicatur hic locus. 8. q. 1. uer. ex duorū prophetarū

Ca. 6. c. 8.

1. ad Tim. c. 6. c. 15.

gitq; ferè: vt qui solus hoc potest, à quo vno accepit vt non modò libera esset, sed etiam in rerū natura. Quod si omnia, naturali quādā necessitate, cęlesti motioni subiecta sunt; etiam humanę voluntates, voluntati diuinę subiectę erunt, cuius vi & potestate concitātur. Ob idq; congruenter, necessitate obseruatę iustitię, ipsi exactam obedientiam præstare, & in omnibus subijci debēt. Quam optimè Propheta sanctissimus executus est, nec verbis modò, sed re ipsa vsque ad extremum vitę suę, memor illius mandati: Omnia quęcunq; locutus est Dominus facietis, & eritis obedientes. Qua de causa, spretis rerum humanarum curis, & ab omnibus terrenis commodis abalienatus, atque adeò omnium huius sæculi cupiditatum oblitus, quasiq; disiunctus à sensibus, Deo se obtulit interrogati: Quem mittam? & quis ibit nobis? non pertimescens de discrimine vitę, quod sibi ex ea legatione ad cædem imminabat. Istud autem non fuit vltro legationem exoptere, sed à Deo sibi oblatam non repugnanter accipere. Ab eo enim dicitur. Et audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam? & quis

Exo. c.
24.3.

quis ibit nobis? & dixi, Ecce ego, mitte me. Atque ex hisce verbis omnibus, illud ad veritatem concedi non potest, quod Disputator tantummodo ex postremis assumit. ERON. Hoc verè defendis, & certè verissimillimum mihi videtur quòd hoc dictum Isaię: Ecce ego, mitte me. dicente Domino: Quem mittam? & quis ibit ex vobis? non fuerit postulare munus illius officij, sed promptum se ad iussum Dei capeffendū exhibere; nè si secus respondisset, munus assignatum à Deo defugere videretur. Cæterum (si licet interponere iudicium meum) Isaias ad hoc officiū insinuauit se occultè, eò q; ad interrogationem sibi factam à Deo, in magna re omninò atque difficili, subito & absque aliqua mora respondit. LATHRO. Accommodatè disputas ex hoc (amice Eron) quod Autor, quia fortè ipsum latuit, ad suam defensionem omisit. Tu autem (vt dicam quod suspicor) non dubitas, nec tibi suspectus est Isaias; sed dubitare dissimulas, quò meliùs ipsius responsum diiudicari possit. Dico igitur, q; nullo pacto hoc quod opponis, proposita responsio declarat: quoniã illa respondendi celeritas fuit

po-

posteaquàm se per altaris calculum animad-
uertit esse purgatum, & ex hausta diuinitate
percepit sibi intrinsecus vim ætheream, cœ-
lestis ardoris communicatione, esse tributã.
Immo verò, quia se existimabat inquinatum
& hac ipsa legatione animaduvertebat indi-
gnum; quam ob rem & defatigabatur admo-
dum, & ardentius semetipsum illa queribũ
da voce cõcitabat: Væ mihi quia tacui, quia
vir pollutus labijs ego sum, & in medio po-
puli polluta labia habentis. Quo modo aper-
tissimè ostendebat se à munere prædicatio-
nis abstinuisse, & iure diuinæ legis functum
non esse, quia & culpæ conscius, & non
idoneus ad hanc legationem sibi ipse videre-
tur: Deo fuit opus, nè eam recusaret, vel ini-
quiùs ferret; vt ipsum ab hoc angore & scru-
pulo liberaret: & nõ modò ipsi intus persua-
deret quòd mundus esset, & ab omni populi
contagione solutus, sed aduentitia atq; exter-
na visione aliqua foris etiam indicaret. Vnde
ipsemet inquit: Et volauit ad me vnus de Se-
raphin, & in manu eius calculus, quem forci-
pe tulerat de altari; & tetigit os meum, & di-
xit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur ini-
quitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

Ca. sup.
citato.

Quod factum per se pulcherrimum atque
diuinum, nobis exemplo esse debet quoties
ad subeundum opus euangelicum, nullo no-
stro studio quæsitum & affectatum, pro vti-
litate publica & ecclesiæ necessitate sumus
à Deo vocati per ministros imperij sui, quod
sine vlla recusatione vel mora, quantumuis
arduum & difficile suscipere & profiteri de-
bemus. sicut Augustinus docet his verbis: 19. de ci-
uit. Dei.
Otium sanctum quærit charitas veritatis, ne-
gotiũ iustum suscipit necessitas charitatis.
Quam sarcinam si nullus imponit percipien-
dæ, atque intuendæ vacandum est veritati:
si autem imponitur sustinenda est, propter
charitatis necessitatem. Et alibi in hunc mo-
dũ: Si aliqua opera vestra mater Ecclesia de-
siderauerit, nec elatione auida suscipiatis,
nec blandiente desidia respuatis. Tũm rursus
post aliquãto: Neque otium vestrum neces-
sitatibus Ecclesiæ præponatis: similiter etiã
Gregorius cùm ait: Humilitas ante Dei ocu-
los vera est, quæ quod vtiliter subire præcipi-
tur, non recusat. Ex quibus perspicuum fit,
q̃ quamuis munus Episcopatus ad volunta-
tem alterius suscipere debeamus: tamen ex

19. de ci-
uit. Dei.

Ad Epi-
scopum.

In pasto-
rali.

D. Th.
2. 2. q.
185. 182.

E volun-

in ref-
pōitione.Matth.
c. 7. c.15.
Ioh. c. 5.
a 10.Act. c. 1.
20. f. 29
Cāt. c. 2

d 13.

voluntate nostra appetere non debemus. Qui verò ad alium sensum opinionemque conuertunt; faciunt quò speciem sanctitatis ostentent, & synceritatem sui vitiosi animi præ se ferant: vt qui auctoritatibus scripturæ & sanctorum exēplis abutuntur ad cupiditates suas. Quos vt vulpes & lupos villis ouium reptos cauendos esse Christus ipse monet: qui cum intus sint cupiditate mundanæ gloriæ inflati, opum auidi, lucri cupidi, suis commodis inferuientes, & in omnibus sibi placētes, ad dignitates obtinendas muniūt se scripturæ locis, vt simulent opera pietatis. ERON. Certè iusta reprehensione non carent, qui, sub falsa specie sanctimoniam, sacrorum librorum testimonia, quæ plus sensu, quam mente & ratione perpendunt, ad suos pestiferos sensus torquent; præsertim qui hoc honestissimum integerrimumque exemplum transferunt ad affectus suos, qui plus commoda corporis quam bona animi sentiunt, vt ex eo concludant; quò liceat Episcopatum appetere, atque adeò conueniat. Quod ijs, qui Theologiam methodo & ratione tradunt, consuevit esse adiumento ad indicandum perfectam obedientiam.

obedientiæ formam, quæ ad exercenda opera religionis attinet: vt dimissa atque abiecta propria voluntate, quæ semper propensior est ad malum, in voluntate Dei, & illorum qui nobis ipsius loco prepositi sunt, quos pro Deo habere & tanquam Deum in ijs quæ aperte non sunt contra Deum, audire debemus; libenter cum omni alacritate & studio acquiescamus. LATHROB. Faciunt (vt opinor) quia si isthæc auctoritas Isaia secundum expositionem ipsorum intelligatur, maximè facit ad suos affectus intentos ad hoc amplissimum sacerdotij munus occupandum. Qualis enim cuiusque affectio esse solet, talis est oratio: orationi autem facta similia; factis vita. Neque enim qui est tranquilla & pacata mente, potest non exprimere tranquillitatem affectus sui: neque è contrario, qui perturbata & inquinata vita est, potest non indicare siue verbis, siue factis, quo genere cupiditatis affligitur: de quo versus est.

Heu quã difficile est, crimẽ nõ prodere vultu.
Quapropter ita loquuntur, ac sentiunt. ERON. Sed certum ponatur in Isaia, quòd per se ipse id munus officij postulauerit, vt: Autor affir-

In regi-
stro, &
refertur
8. q. 1. c.
in scrip-
turis.

mat, requiro; cursus ad appetentiam parium ministeriorum iccirco factus est omnibus, quia Isaias, proximis prodesse cupiens, officium prædicationis appetiuit? LATHROB. Nequaquam, nam si Isaias postulauit (vt hoc cōcedatur, quod disputator ita esse nō dubitat) laus illi est: quia diuino afflatu concitatus, quo se per calculum altaris ab omni labe sensit esse purgatum; & quadam necessitate cōpulsus, nē (vt Gregorius testatur) damna studiosi operis tacēdo sentiret, postulauit. Nec iccirco idem iudicium erit omnium: lux enim longē alia est solis, & lychnorum. Nam ipsius exēplo eximiae virtutis & sapiētiae esse debet, qui ministeria tāti operis & laboris ceruicibus suis imponi desiderat. Quē oportebit vt sine vitio faciat, tam præstātem esse virtute; & vt eundem dūtaxat finem sibi proponat; nempe communem vtilitatem & fructum: plane que cognoscat rectē se, conueniēterque in omni vita cum virtute posse præstare. Nihilque amplius attendat: nē fortē oculum ad commoditatem adijciat, aut ad gloriā, vel ad pecuniā, vel ad omnia simul, queis animi etiam hominum excellētium frequen-
ter

ter incenduntur ardentque. Cū autē perfectionem istam ex toto complecti laboriosum sit, & affirmare de nobis, secūdam præstantiam partium singularum, perdifficile: tutius fore puto opus tam arduum declinare potius quā appetere. Quod eo magis iudico verum esse, quoniam ex multitudine innumerabili sanctorum, neminem laudat Ecclesia ꝓ Episcopatum postulauerit, aut cōcupiuerit: vel certē, eo animo, vt ad virtutes alios promoueret: & quō se magis ad bonitatem intenderet ac confirmaret. De quo nē quis dubitare possit, respondendū est ad exēplum D. Martini: quod in hoc scripto appositū est in contrarium: qui, cū ab hominibus demigraret, ita Deum rogauit: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, nō recuso laborem. Quam precationem Ecclesia nō refert ad ostēdendum affectionem ad Episcopatum esse laudabilem (sicut Auctor affirmat) sed ad Christianā fortitudinem indicādam, cuius est laborem super periculi metū fortiter cū vtilitatis ratione perferre; nihilque omnium rerum nisi inhonesta & turpia formidare. Quō circa Martinus cū vehementer

Ex eius
uita per
Scuerū.

ter

ter obsecraretur à suis, nè eos desertos esse pateretur ab opera studioque suo; neque perditos & destitutos sine Pastore dereliqueret: qui valde timebant, nè, post illius ex hac vita discessum, in ipsos irrumperent manus rapaces, & lupi crudeles non parcentes ouibus: eorum miseratione comotus, quasi leo confidens absque terrore, Deum supplicibus verbis orauit, vt si illi populo necessarius esset, & ipsum nollet ex corporeis vinculis liberare, ad hoc quidem vtique obtemperaret, nec omnino tali labore grauaretur. Quae breui & humili prece mirabilis Sanctus neque prouinciã prorogari sibi deprecatus est, neque recusauit. Quod factum cum Ecclesia consideraret attentius, exclamauit: O virum infabilem nec labore victum, nec morte vincendum: qui nec mori timuit, nec viuere recusauit. Nam cum à seruitute & negotijs turbæ liber esse cuperet, & in illã cœlestem patriã properare: remanere in carne mortali, aliorum salutis & profectus gratia, non defugit. Præterea, ex illa prece perfectio status Episcopalis ostenditur, quæ in conseruatione iurandi consistit: quo obligantur Episcopi,

cum

cum in opus crediti sibi ministerij ordinatus; pro salute & præsidio proximorum à rebus vniuersis, quantumuis licet honestis, & ab ipsa etiam tranquillitate & requie diuinæ contemplationis se temperare; secundum illud, quod ad Philippenses scripsit Apostolus: Quid elegant ignoro. coarctor autem è duobus, desiderium habes, dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium est, propter vos: & hoc confidens scio, quia manebo. ERON. Ad hoc argumentum satis superque responsum est. Perge obsecro, ad reliqua quæ supersunt. LATHRO. Immo potius concludamus, quoniam cætera eandem formæ vim habent, & ex dictis facile dissoluntur. quamuis Auctor censeat esse diuersa, & ratione dissimili opus esse ad ea refellenda. ERON. Sed ob hanc causam, quod Auctor (vt dicis) putat esse diuersa, operæpretium est cognoscere. LATHROB. Referam ergo, quoniam tibi ita videtur, & quò magis etiam se condemnatum putet. ERON. Age dic, excutiendæ opinionis suæ causa magis, quàm quò illum reprehensum velis. LATHROB. Vnũ hoc plenum artis argumentum, quod præstat

stat cæteris omnibus, reperio: quod attingit eadem, quæ paulo ante dixeramus. Est quæ huiusmodi: Quicquid fructuosum est, & per se ipsum laudabile: desiderandum est. Cuius propositionis, quia neque dura neque difficilis esse videtur, rationem non quærit. Sed Episcopatus est munus officij fructuosum, quo populis prodesse possumus: & per se laudabilis; cum sic excellens virtutis operatio, & in ipsa virtute situs; laudabile enim hoc tantum est, quod est in virtute positum, vel ab ipsa perfectione virtutis profectum. Igitur Episcopatus desiderandus est. Assumptionis probationem, rursus probatione confirmat: Nam ex tribus rebus quæ insunt in Episcopatu, præcipuam omniumque potissimam operationem esse ait, quasi rem optimam vniuersi generis humani institutam à Christo, cum Petro dixit: *Pasce oves meas. quia fungimur, ut animarum saluti, & proximorum incolumitati consulamus; quæ institutionis ordine iam inde à principio antiquior est duabus cæteris cum ea consequentibus: id est dignitate quæ adiungitur operationi; quia præstantissimi in hominũ genere sunt Episcopi, quippe*

pe qui supra aliorum conditionem positi sunt, sicut illud Euãgelij declarat: *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiã suam. & honore, qui est magnorum in Ecclesia meritorum, cum optimi cuiusque, tũ etiã multitudinis cõprobatio: sicut ostendit Apostolus dicens: Qui benè præsunt presbyteri; digni duplici honore habeantur.* Proinde cum operatio sit propria Episcopatus, testimonio August. dicentis: nihil aliud Episcopatus nomẽ esse, quàm operis: & quidem per se ipsa laudabilis: congruenter appetitur, quamuis reperiatur in ipso honoris & dignitatis ornamẽtum. Non deflectis in Huius viri sententiam (Eron?) nõ satis tibi persuasum videtur posse aliquem absque culpa Episcopatum optare? *ERON.* Certè negare non possum me ad eam aliquantulum inclinare. nam hoc argumento D. Thomas cõcludit; quòd tamen si præstat nõ desiderare Episcopatum; tamen desiderare solùm opus, potest alicui contingere citra peccatum. Ideo quid tu sis responsurus expecto. *LATHROB.* Cedo Episcopatum desiderari posse, neque temerè: vide quàm liberiùs in tuam, quàm

in Disputatoris gratiam ego loquor. Si consideretur vt opus magnę laudis, & hominibus valde vtile: sed per se ipsum, absque vlllo privati officij, & proprię personę respectu, vt res quędam est per se laudabilis, quę circa curam de salute animarum, & summam administrationem Religionis versatur; neque vquam ab ipsa perfecta virtute & honestate separatur: quomodo D. Thomas accepit. Si verò consideretur vt officium personę omnium præstantissimę accommodatum (discat autem Disputator officium esse virtutis ad vnamquęque personam accommodationem) vsque adeo illicitum est Episcopatū appetere & sperare; vt cū nobis non appetentibus vltro defertur, non defugere cum aliqua verecundia, & quodammodo recusare, neque modestum neque ingenuum censeatur. Propterea non consentire electioni de nobis factę, quoad erit integrū. ^a D. Tho. & ^b Panormitanus noster laudabile atque honestum esse testantur. Quoniam munus huius officij personā poscit numeris omnibus absolutam. Quocirca ^c Apostolus, postquam opus Episcopatus per se laudauit, subiunxit statim

^a 2. 2. q. 185. ^c 104. ^b Inca. per nos. tras. de iur. pat. & in c. pro inquisitione de elect. ^c 1. ad Timot. c. 3. d. 2.

statim, quibus virtutibus Episcopum affectū esse oportebat. Interim nō dissimulabo adiunctam rationem Auctoris; qua videtur tacitē huic nostrę propositę respondere. Nā (inquit) debere nos bona, laboremque nostrum salutem proximorum impertire: nec cōmittere, vt doctrina, ac dotes à Deo acceptę nostra negligentia nihil ferant: sed assidua cura atque sollicitudine traducere ad vtilitatē & commodum aliorum; vt, cū Dominus venerit exacturus rationem quęstus & fœnoris à seruis suis, nos præbeamus idoneos maioribus bonis, secundum similitudinem Euangelij, qua nos Redemptor noster ad assiduum studium, & ad promerendum de proximis excitauit; dicens: quendam hominem tradidisse seruis suis omnia bona sua, vt ex illis lucrū sibi referrent: & abiisse in aliam regionem. Et Pauli sententiam: vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Quocirca nobis duntaxat otio solitario, planeque fœmineo viuere nō debemus: nam secundū prouerbiū satis græco sermone tritū, *μᾶλλον ἀνέγκη τοῦ θέλοντος εὐτυχεῖν* Quoniam quidem laborare Ethici, qui de

Luc. ca. 19. c. 12.

Ad Ro. c. 15. d. 2.

Id est, Laborare debet esse facti ces.

moribus scripserunt, studium vocant ad aliorum utilitatem præcipuè constitutum. Idquæ illustrat exemplo Francisci, cui iniunctum fuisse dicit voce quadam auctoris incerti, quæ (vt creditur) fuit è cælo dimissa, nè sibi soli viueret; sed in eis elaboraret, quæ ad se & ad alios pertinerent. Cæterum hoc oportet intelligi: nam vnusquisque & sibi, & alijs compluribus prodesse potest; quamuis se in hoc officij munere non exerceat. cum sint alia propè innumera, multò minus ardua & periculosa, quibus occupari possumus ad aliorum utilitatem & fructum. Et non omnes iisdem studijs sunt intenti: & alter altero ad aliquid agendum est magis aptus. nam, non omnia possumus omnes: velut (exempli gratia) ad subleuandam miseriam corporis, quidam fanè quàm idonei existunt: iisdem ad officia disciplinae prorsus inepti: è contra alij, ad administrationem quæ efficitur operibus corporis imbecilli & inexercitati; promptiores autem ad prædicandum & docendum. Vnde *Eccl. ca. 37. v. 31* scriptum est: Nō omnia omnibus expediūt, nec omni animæ omne genus placet. Proinde vnusquisque, vt proximo suo placeat in bonum

bonum ad ædificationem, debet se ipsum aspiceret: & aliquod studium aptum ingenio suo sectari. Atque hoc illud est, quod Gregorius docet: non decere quæquam ad sacerdotium accedere, nisi prius vires suas cum eo onere metiatur: quas si impares repererit, abstinere præcipit; nè, aliud genus vite, quod ei minimè conueniat æmulando, in deteriore frugem perueniat. Quòd si eas fructum laturas manifestè ex recta ratione perceperit, nec temerè confidit, cum metu atque formidine, nè quid nimis confidat, ad id contendere permittit. Quod præceptum electionis sic, ad poësim, ab Horatio fertur:

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, aquam
Viribus: & versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.*

Et rursus alibi:

Metiri se quæq, suo modulo, ac pede, verum est.
Ex cōtrario quàm indecorum sit cum ea cupimus & quærimus, quæ non sunt nostrarum virium: ostendit prouerbiū: γίγαντες ἀπόνοια, id est Gigantum fabula. Aberant enim ab vsu maximarum rerum, & experien-

Ad Syd.
Epi. Au-
gust. &
refertur
1. q. 1. ca.
no. non
est putā-
da.

^aIn arte
poet. &
citatur à
Glo. 1.
q. 1. c. nō
est putā-
da. uers.
prius uē-
res suas.
Epis. li-
br. 1. ad
Meccen-
nat.
id est Gi-
gantum
amentia

perientia, qui existimāt nihile esse tam arduū, tamque admirabile in rebus humanis, quod non possit cuiusvis hominis industria comparari. Atqui gentilis esse arbitror non hominis christiani dicere cum Marone:

Geor. 3

-- Tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorq; virum volitare per ora.
Primusego in patriā (mecū modo uita supersit)
Aonio rediens deducam uertice Musas.

Primus Idumæas referam tibi Mætua palmas.
Itaque animaduertendum est, nè inconfidentia & temeritate in aliquam deformitatem veniamus, unde magno aliquo afficiamur incommodo: quod nisi viribus illis præditi simus, quæ nos ad appetendū opus Episcopatus inducant; appetere non debemus. Cuius rei indicium, cum suo unicuique iudicio sit utendum, valde periculosum est: nam

Horat.
carm. li.
1. ode 18

-- Cæcus amor sui,

Et tollēs uacuum plus nimio gloria uerticem.
Et iccirco meminerimus illius $\gamma\iota\omega\delta\eta\ \sigma\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\nu$ nè nostras vires sensu nostro metiri, aut eximiū quid de nobis polliceri audeamus, quo apti atque idonei huic tanto operi reputemur:
quod

quod est hominis sanctitatis nō satis spectatæ. Nam qui vires suas ad opus Episcopatus accommodat: non operis causa, quod semper est cum virtute, sed ut Episcopatum assequatur fecisse creditur. Quade causa arbitror dixisse Platonem, cum de recta gubernatione Reipub. loqueretur: turpe sibi videri, ut quis ad eam vel sua sponte accederet, vel non coactus veniret; quamuis reuera nō sua causa faceret, sed pro incolumitate ciuium: quod semper relictus esset suspicandi locus, se dignitatem non aliorum utilitatem respicere. Exemplum autem Francisci, quod ad argumenti confirmationem adiunxit: ad nostrum propositum pertinet. Nam vir sanctissimus ut impertiret, ac proferret suas dotes in salutem aliorum, nè illud sibi obijceretur quod est in prouerbio; Terra defossum habes: non exquisiuit Episcopatum, sed neglectis omnibus rationem degendæ vitæ in squalore, & summa mendicitate (quā mirum in modum adamauit) sibi constituit. Cumque multas prouincias peragrasset, quò exemplo suo alios ad eam vitæ conditionem plenam officijs, atque operibus pietatis inflammaret;

In li. de
Republ.
dialo. 1.

maret: & innumerabiles sui imitatores, velut industrius negotiator Christi domini, ad sui regulam adduxisset: Aلسيف Cœnobia se includit; ubi excessit è vita. Quod exemplum nobis commōstrat Episcopatum appetendū non esse occasione benè merendi de alijs: sed vnum aliquod opus officij, quod nos putemus facile posse sustinere: sicut Leo ad Anastasium scribit: Suis quisque terminis contentus sit, nec supra mensuram sui iuris affectet augeri. In quam sententiam apud Ouidium hos versus legimus:

Refer-
tur. 8. q.
1. si quis
Episc.

Trif. li
br. 3. c.
leg. 40. *Crede mihi benè qui latuit, bene vixit: Et intra
Fortunam debet quisq̄, manere suam.*

Nam amplissimum opus Episcopatus, quod omnes ecclesiasticas functiones amplectitur, non est cuiusuis hominis: sicut Regis officium non est ad cuiusque vitæ conditionē accommodatum. Sed virorū sublimium, & fortunę magnitudine excelsiorum. Quòd si quis ex popularibus, consulendę Reipub. studio, Regni gubernationem cuperet: eamque se hac de causa cupere in suorum ciuium frequentia libenter affirmaret, non nè omnes,
tacito

tacito sensu, deprauati ac corrupti iudicij hominem existimabunt? Equidem certè, eo quòd talem se esse putat, qui Reipub. vt illud tam arduum atque difficile munus expostulat, prodesse posse arbitratur: cuius difficultate sapientissimi Reges tam vehementer & grauius afficiuntur & ingrauescunt. Haud secus: immoderatę libertatis & licentię homo censendus est, qui hac de causa se cupit Episcopum. Immo verò magis ac magis est reprehendendus: quoniam minus est Regis officium, quàm munus Episcopi. quæ si inter se similitudine comparentur, quantum plūbo aurum excellit, tantum officio Regis præstat munus Episcopi: siquidē hoc ad tutelam & incolumitatem hominum multo magis versatur, multoque etiam magis hominem poscit atque adeò flagitat ad opus administrationis diuinis studijs Religionis accommodatum instructumque, vt Ambrosius & Hieronymus testantur: Et sicut cibi condimentum est sal, quo gustui nihil potest esse suauius: sic Episcopus (vt Christus inquit) mundi totius, & proprię Ecclesię condimentum est, quo animis nihil potest esse iucun-

a De dignitate sacerdo. c. 2. uer. se regii fulgori.
b Ad Heliod. nu. 36. uer. ut Regi sic episcopo.
Mat. c. 5. & in hunc sensum.

G dius

dius. Quem autem huiusmodi appetitus infatuat, pro nihilo valet, nisi ut foras proijciatur, & tanquam mortuus inhumatus ab omnibus proteratur. ERON. Sed si quis tot ac tantis mentis & ingenij viribus præditus esset, quibus cæteris omnibus præstaret, atq; adeo à terrenis voluptatibus, cunctisque sensuum perturbationibus abstractus, ut semper cœlestia contēplaretur, huic licitum erit virtutis communicandæ studio Episcopatum appetere? LATHROB. Bonarum mentium est (ut Augustinus inquit) ibi recognoscere culpam ubi culpa non est. Neque enim quicumque se rectum, ac iustum putat; is verè rectus ac iustus est. Cū dicat Apostolus. Beatus qui se ipsum nō iudicat, in eo quod probat. Et rursus alibi, Si quis se existimat aliquid esse, cū nihil sit, ipse se seducit. Ideo integerrimi, sanctissimi que hominis est, se ipsum culpate, cū quid etiam benè agit. Sicut Christus ipse monet: Omnia cum feceritis, dicite serui inutiles sumus. hoc est: Vos ipsos culpate, etiam cū benè facitis: nam bonum quod geritis non est vestrum, sed Dei: vestrum autē agnoscite quicquid malum est. Nam homi-

ni

ni ingenitum est peccare, quantumvis quis animam, quoad eius fieri potest, à vitijs alienam habeat. Nullus enim (ut Scriptura testatur) potest de se ipso dicere cum fiducia, mūdus sum: cū non sit homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet: & quidem infans vnius diei non est mundus à sorde. Hinc illa Hieronymi sententia: Res contra naturam penè est, ut sine peccato aliquis sit. Verūm si quis tali integritate esse possit, ut nihil immoderatè appetat, nihil sensus cogitet, nisi solūm quod honestum & rectum est: nec se talem existimet (quod vnū reuocat ab arrogantia & fiducia sui) is urgente necessitate cū non reperitur quisquam omnium qui meliùs tanto operi respondere possit; si Episcopatum desiderat, fortè non peccat, dummodo ob affectionem istam in aulas regias, & conuentus populorum non accedat nec ad cōcilia vel publica, vel priuata de eruditione ac vita spectatis ad Episcopatum deligendis, vestigium faciat: vel solūm, ut electores de ipso inquirere & cōsultare possint, quem ignorāt. Quoniam ex huiusmodi profectione plūs sumptus & iacturæ, quàm fru-

G 2 gis

109. cō
tr. Luci
ferianos

Citatur
dist. 5 ad
eius uerō
et gl. 22
q. 2. c. 1.
cū humi
litas.

Ad Ro.
c. 24. d
22.

Ad Gal.
c. 6. d 3

Lu. c. 17
c. 10.

Iob. c. 15
b 14.

Prouer.
ca. 20. c. 8
9.

Eccl. ca.
7. c. 21.
Reg. c. 3

c. 8.
Parali.
c. 2. f 6.

Io. ca. 15
c. 4

2 Iob. c.
14. d 4
b Ad O

cean. c.
resertur
dist. 25.
can. unū

orarium

gis & compendij comparabit: si quidem nō ambigitur, Episcopatus cuiusdam modi esse & naturæ, vt sui sectatores fugiat, seq; fugiētem sectetur. Ideo si quis hac affectione seductus impulsusque in frequentiam hominum venerit, vel in aulas magnorum procerum se receperit (etiam cū Antistes in Ecclesia deest, nec præter ipsum inueniri potest idoneus) quò ad Episcopatum eligatur: vt qui inter omnes fore se magis vtilem ac fructuosum putat; ex suæ ipsius conscientie testimonio delinquit. Quoniam hoc reprehendi necesse est (quamuis verum esse concedam) nam statuere de eligendorum virtute ad Ecclesiæ utilitatem; non est se iudicantis, sed illorum quorum officium est vt Ecclesiæ, pro necessitate & commodo publicæ rationis, prudenti ac literato Pontifice non fraudentur. A quorum electione, quantumuis electus existat absque vlla reprehensione vitæ, in ætate maturissima, post tēpus emeritum in labore & exercitatione virtutis per omnem actam ætatem, denique singularis & propè diuinus; se ipsum respiciens, & suā imbecillitatem, atque periculum officij in-

sum-

Dist. 61.
ed. mira
mur.

summa amplitudine dignitatis agnoscens (quod est cuiusque hominis etiam sanctissimi formidare) dissentire debet voluntate, ac iudicio suo: quemadmodum Gregorius docet, quum ait; Virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus, nec coactus accedat. ERON. Hoc clarum est: illud verò quod paulò superiùs dixisti, aliquid habet obscuritatis. Id nimirum est: quòd qui nondum cognitus est, vt inquiri & iudicari de eo possit ad propagandam tuendamque Christi religionem in hoc opere administrationis, latere debeat in occulto, nec se ad utilitatem aliorum in frequentiam hominum, vel aulam regni proferre; vt oculis electorum fructuosus alijs cerni possit. Cū leges & instituta euāgelica suos professores latere non permittant, quò proximis prodesse possint. Nam, nullus accedit lucernam in nocte, vt eam sub modio recōdat: nec humi deponit, vt vel sic subluceat ijs qui in domo sunt: sed appendit sublimè, quò magis ad quamplurimos illius luminis vsus perueniat. Et ciuitas in edito loco cōstruitur, vt procul apparens commonstret erranti viam, & prætereuntem viatorē hospicio

In pasto
rali. &
c. ult. 1.
q. 6. tex.
in l. &
quāquā
de episc.
& cler.

Mat. 6.
4. b 21.
Luc. ca.
8. b 16.
& c. 11.
c 33.

hospitio inuitet. Et sol in medio totius mundi collocatus est, siue intermedius inter astra, siue inter elementorum regiones, & errantium orbis interiectus, vt cuncta suo aspectu lustret, & compleat. Talis est quiuis nullius sibi mali conscius, multisque virtutibus ornatus, secundum illud Euangelij, Vos estis lux mundi: qui latere in ædibus, & latebris solitudinis se occultare non debet, sed prodire in medium, & in luce versari, tanquã in theatro suas virtutes declaraturus, vt cunctis mortalibus illum intuentibus inuiolatum planeque diuinum sit æquitatis exemplum, & occasio ad prædicandum (vt Christus inquit) cœlestem æternumque Patrem bonorum omnium largitorem. Idque maximè ostendit cum in regione Gerasenorum, que prospicit Galilæam, dixit dæmoniaco quem sanum fecerat: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Proinde perfectiores & virtutes, quæ in nobis dono sancti spiritus reperiuntur, vt nostrum erga proximum officium expleamus, cum hominibus peruulgari & communicari oportet. Vnde D. Paulus Romanis præscribit prouidere bona, non tantum

Math.
c. 5. b 15
1. Pet. c.
2. b 12.

Luc. ca.
8. e 39.
Mar. c.
5. b 19.

ca. 12. d
17.

tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Ea nimirum de causa, vt ex nostris actis vnusquisque considerare possit vitam nostram æquabilem & moderatam, refertam doctrinis atque virtutibus. Quod si per id tempus ad hoc opus habiles iudicabimur, acquiescendum erit non repugnanter iudicijs aliorum. Itaque potest qui vel ignotus in ciuitate est, vel in occulto delitescit, prodire in publicum, vt pro salute & commodo proximorum cerni & iudicari possit qualis & quantus sit. Tu verò (ò Lathrobi) hoc non probas, & vitiosum tibi esse videtur. Quod quare ita credis ediffere. LATHROB. Simulatè ex certis destinatisque sententijs disputas (ò Eron) atque adeo simulatè disputas, vt quod mecum & sentis, & probas; nec sentire, nec probare videaris. Verum quoniã isthæc argumentatio abs te opportunè proposita est, quã Auctor quæstionis censet esse probabilem, redargui atque refelli necesse est. Dicis itaque Christianæ sanctitatis professionem in Euangelio traditam suos professores latere non permittere, vt videant homines eorum opera bona, & glorificent cœlestem

lestem patrem; & vt bonis operibus studijsq; pietatis possint prodesse compluribus. Quæ propositio sicut duas partes, ita duos errores complectitur. Primum, quia sumitur pro certo, quod solet in dubium reuocari, & iustis de causis argui: nempe, quòd euangelicæ professionis ratio, suos professores latere nõ sinat. Deinde, quia causa quæ datur, vt eorũ bona opera luceant coram hominibus, vt ad cultum diuinum excitentur, atque eorum exemplo eadem præstent & faciant: ex hoc non ita existit necessariò, quod non etiam ex occulto possit effici. Atque ad primum respondeo, sectatorem christianæ perfectionis ex Euangelio contraria forma præscribi: vt nimirum ad beatæ vitæ perpetuitatem dirigat suas virtutes & merita; nec requirat quæquam omnium mortalium suorum operum spectatorem, nisi solùm æternum cœlestemque Patrem; qui opus bonum & pium ex sincero animi affectu, non ex humanis conspectibus ponderare solet. Nec studeat ex benefactis laudationem, quæ quùm fugitur vltro sequitur; nec vnquã, nisi cùm ambitur, amittitur. Ac demum rem omnem terrenam & fluxam

Mat. c.
6.

fluxam contemnat & negligat quùm benè agit, etiam semetipsum. Nam si fieri posset vt ipsemet nesciret se facere quod rectè facit velut oblitus facti sui, nè plaudat sibi tacitus apud se, & (vt est in prouerbio) gaudeat in sinu suo, multò magis se sanctum tectum ab omni periculo conseruaret. Satis enim est q̄ integritatis affectus sui testem habeat Deũ immortalem, cuius oculos nihil omnino fugit: nè fortè dum conatur apud homines ea præditus apparere, perdat eius meritum apud Patrem eternorum bonorum distributorem. Quamobrem nihil interest si homines corporeis oculis non deprehendunt quæcũque à bonis & iustis hominibus rectè & honestè fiunt; qui bonam conscientiam potius quærunt apud Deum, vt mercedem & præmium suorum benefactorum recipiãt in cœlo, quàm apud homines sanctitatis opinionem. Quocirca cauere debet vir euangelicus quantum in se est quùm benè facit, ne sinistra quidem sentiat quid faciat dextera, sicut Christus ait, qui in eundem sensum addit similitudinem thesauri in agro defossi, qua apertissimè indicat perfectionem istam euangelicæ

Mat. c.
5. a 3. et
ca. 13. f
44.

gelicæ professionis deorsum intus inclusam latere in occulto, & à conspectibus atq; adeo iudicijs hominum remotam. Quam si quis adiutus diuino auxilio nactus fuerit, occulta re debet, nè forte si apud populos iactet, amittat; & vltima primis equaliter non respō deant: vt qui pro perfectione euāgelica comparanda omnia prætermisit & contempfit, sicut illius agri emptor, qui diuēditis vniuersis quæ habuit mercatus est agrum illum. Postea factus perfectior non omnia, quæ perfectioni suæ officere possunt, absterreat. Ad alterum autem dico, eos qui frequētiam hominum deuitāt, quiq; in solitudine viuunt cōgressu hominum liberi; quos Anachoretas & Monachos Græcorum vocabulis nūcupamus in homines beneficos esse posse, etsi nūquam compareant, ac in omnibus extrarijs officijs Religionis adiumento esse, quamuis id non significant. Habet enim Ecclesia ministrorū in vmbraulis decē millia, qui vigilant in opus ministerij sui, quibus non minus sustentatur, quàm ijs qui id munus in sole, & puluere ex professo gerunt, ad similitudinē ædificij

ædificij, quod non minùs ex insertis cuneis, & secretis clauibus, quæ ad omnes parietū angulos intus figuntur, quàm extrinsecus ab alijs adminiculis sustinetur. Ad quos dictum illud Plutarchi aptè quadrare visum est mihi: ἀλλ' ὁ σὸς ἔπειν ὑμᾶς οἰοῦτε ἄτας ἴδου κταμὰ χεῖν πρὸς τὰ ἔσθλα. Similia verò quibus illustras, quod virtutibus ornatus delitescere non debeat in gurgustijs & ergastulis, sed profilire, seq; cunctis mortalibus conspiciendum præbere, vt talis ab eis repertus ad opus Episcopatus, in quo euāgelicæ perfectionis summa consistit assumatur, quò meliùs ex altissimo loco possit hominibus prodesse, laboremq; suum eorum periculis subleuandis impertire, sicut sol in sublimi collocatus, & ciuitas in excelso monte constructa, & lucerna accēsa supra candelabrum, contra propositum valēt. Nam his Christus vsus est, vt prorsus nos ab hac solitudine liberaret, & nè quis, quantumuis licet incognitus, & ab hominū sociatione disiunctus, ob istā causam peteret aliū cursum, præter institutum vocationis suæ, sed vt potius habeat non opinione dubia, sed

Concl. 10.
probl. 7
sed uideo
uos (dixit)
posse iā cū
spectris
pugnare
umbrati
sē inire.

firmisimè conceptum animo. Quòd si talis ac tantus diuinæ prouidentiae visus fuerit, procul dubio velit, nolit, fiet vniuerso generi hominum manifestus: nec magis latere poterit quàm non lucere lux, & sol non largiri lumē, & ciuitas in præcelso loco sita nō esse conspicua: etiamsi in monasterio intus se includat, aut in latebras & speluncas impellat. Quod re & euentis quotidie videmus, & veterum sanctorum exempla confirmant. Sic Siluester in Soracte monte latitans Constantino Imperatori, vt ipsi, & vniuersæ Christianæ Reipub. salutaris esset, in quiete per principes Apostolorum diuinitus patefactus est. Sic Gregorius fugiens Pontificatum, indicio flammeæ columnæ in latibulis desertissimæ solitudinis inuentus fuit. Sic Cælestinus ex ipsis recessibus vi innumerabili hominum omnium generum extractus in sede pontificali collocatur. Sic Eucherius in spelunca quadam diuino denuntiante numine reperi- tus Lugdunensis Episcopus creatur. Sic proximè recenti hoc nostro tēpore Ptolemæus Gallius Nouocomensis, qui cū Romanæ curiæ pertectus in patriam reuertisset, quodā benefi-

beneficio olim sibi Romæ delato contentus, & in recessu villulæ suæ Lario finitimæ, solū ad diuinarum rerum cōtemplationem verā æternamq; frugē intētus, solitario studio delitesceret, ab Io. Angelo Medice Rom. Eccl. Card. (qui dū Grauedonam ad Tres Plebes pergeret, quò semper via directā per Leucū ire consueuerat, instinctu quodam diuino illic de certo itinere deflexerat) inuētus, Grauedonam cū ipso proficisci coactus est. Atq; aliquanto post, peruulgata morte Paul. III. vnā cum eo ad comitia Pontificalia, festinanter properāte, Romam properans festinansque redire compellitur. Cumque iisdem Comitibus ipse Cardinalis Summus Pōtifex creatus esset; mox ab eodem primū Martinensis Episcopus, deinde Archiepiscopus Syontinus, demum Cardinalis Comensis factus est. Quem vnum ex florentissimo ordine Cardinalium Gregorius. XIII. à principio sui Pontificatus vsque ad hanc horam, domesticum cōsiliarium suum quasi secretum cōmitem administrationis elegit. Sic permulti alij Pontifices extiterunt, quorum non poterit cuiuslibet studioso non amplissima copia exemplo-

exemplorum suppetere. Nec præceptum Iesu Christi traditum Geraseno, à quo depulerat legionem dæmoniorum, vt in suum tetum discederet, & diuulgaret ea, quæ gesserat ipsi Deus, propositum ostendit: sed ex eo monemur, vt illud eximium & singulare beneficium nostræ conuersionis ad Deum, quod ex nobis & ex nostra virtute esse non potest, cum nusquam, & nulli simus ab eo remoti: celebremus & prædicemus apud omnes, vt laudetur is cui verè debetur omnis honor. Etenim opera Dei reuelare & confiteri honorificum esse ait angelus Raphaël ad Thobiam. Multò etiam minùs auctoritas Apostoli scribentis ad Romanos hîc locum habet. Non enim docet bona omni loco, & coram omnibus promiscuè facièda esse, sed eodem modo agenda non esse priuatim & publicè. Inquit enim, Prouidentes bona non solùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Quo loci Prouidètes, non faciètes quoquo modo, sed prouidenter agentes significat. Quam significationem vocabuli ^{ᾠδὸν} *ᾠδὸν* expressit: Nam prouidentes simpliciter appellantur, qui quæcunq; agunt, prouidenter

Thob. c.
8. v. 7.

ter agunt. Quasi dicat, commonefacio vos (Romani) vt bona quæ facitis, cum consideratione, & accurata circûspectione faciatis, vt non solùm rectissimè agatur coram Deo, sed etiam coram hominibus. Non enim incogniti erât Apostolo plerique multi, qui quæcunq; ad Deum, salutemque suam spectarent, studiosè sanè & diligenter facerent: ad publica verò & communia ecclesiæ ministeria cum accederent, imprudenter excedere, nec ea cum dignitate præstare, ita vt quandoque rigidi, quandoq; ridiculi viderentur. Sed ad argumentum Auctoris, vnde plus satis digressa est oratio, reuertamur: quo arbitratur occasione operis licitum esse appetere Episcopatû. Quem meminisse oportet, hoc opus absque dignitate nullum esse: nam ab illa separari non potest aliquo modo. Quod in primis ex Pauli sententia cognosci & percipi potest, Nemo sibi sumit honorem, nisi vocatus à Deo, tanquam Aaron. Vbi Honorem appellat opus Episcopatus, eò quòd semper cum honore & dignitate coniunctum est. Quocirca cuius volûtas, & appetitus fertur ad huius operis functionem, etiam ad eiusdè operis

Heb. c.
2. b 5.
Act. c. 4.
1. d.

operis dignitatem accedit. Vnde Thomas v-
tranque partem considerans, nempe Operis
perfectionem, & amplitudinem Dignitatis,
expressè negat quenquam, ad fructum & vti-
litatem aliorum, atque adeò ad exercitatio-
nem & incrementum bonorum operum ap-
petere Episcopatū honestè posse. Nam quā-
uis (inquit singularis & eximius Doctor in
quæstione, qua in hanc sententiam disputat)
appetere proximis prodesse ex se laudabile
fit: tamen quia hoc excelsitatem gradus, &
honorem habet adiuncta, temerarium vide-
tur, quòd aliquis præesse cupiat, vt prodesse
possit. ERON. Sed quæro, si partes istæ sepa-
rabiles essent ab Episcopatu, alteram tertiam
Opus nimirum, liceret appetere? LATHROB.
Si Opus Episcopatus ab Honore discludere-
tur, & Dignitate, forsitan perniciosum non
esset optare. Verùm cum separari & seiungi
non possint, quia (vt idem affirmat) prout
est Episcopalis actus annexum habet vtrun-
que, non licet. Ideoque Disputatoris ratio
non concludit. nam argumentum à parte ge-
neris ad totum est inefficax & absurdū. quia
totum de parte dici nullo modo potest, vt
exem-

2. 2. q.
185. 4. 1

(exempli gratia) homo cōstat anima & cor-
pore, sed corpus est expers rationis, ergo ra-
tionis expers homo est, non valet: quia cor-
pus non est homo, sicut nec caput, nec pes
corpus rectè dici potest, sed pars corpōris. ita
pariter quum ait, Episcopatus in Opere bo-
no, & Dignitate consistit: sed gloriosum est
appetere bonum opus (nam in omni loco ad
bona opera nos Scriptura adhortatur, quod
vel ex illa Salomonis sententia planum fit,
Bonorum laborum gloriosus est fructus) er-
go appetere Episcopatum gloriosum est, nō
sequitur. Quod si cum pertinacia obsistere
& defendere conetur, hanc consequentiam
non inutilem esse; conuertam sic argumen-
tum per commutationem alterius partis, &
non minùs eodem enitar ad euincendum.
Episcopatus Opere cōstat & Dignitate, sed
Dignitatem appetere vitiosum est (scriptū
est enim: Nolite exaltare in altum cornu ve-
strum. tūmalibi: Non te extollas in cogita-
tione animæ tuæ, velut taurus: & noli quæ-
rere ab homine ducatum, neque à Rege ca-
thedram honoris) ergo Episcopatum appe-
tere vitiosum est. Quam si falsam esse contē

Sap. 6. 3
d. 150

Pf. 74
uers. c.
Eccle. 6.
6. 4 2 et
c. 7. 4

dat, veram illam alteram, in qua enifus est, affirmare non poterit. Nam ut hæc, per ea que nos Dialectici docent, considerata minus probatur: ita similiter nec prorsus illa tenere videtur. Ad hæc non est prætermittenda ratio, quam deinde subiunxit, ut hanc suam argumentationem magis ac magis corroboraret, & quidem subtiliter & acutè (scilicet) si sic cum venia dici potest. Nam ait non decere quæquam in ecclesia otiosum & inertem vivere. Qua utitur, nescio quo Dialecticæ præsidio, ut concludat, Episcopatum appetendum esse. Nec animaduerto unde sibi persuadere possit, ut credat hanc complexionem ex prædicta propositione constare, si non sibi persuadet otium & Episcopatum aut esse directò contraria, sicut pudor & petulantia, pudicitia & stuprum, fides & fraudatio, pietas & scelus, aut in aliquo genere contrariorum, quod ego non reperio. Nam in genere aduersi otium est occupationi contrarium, sicut celeritati tarditas, & aduersa fortuna secundæ. Secundum habitionem autem & priuationem, negotium otio, sicut lux tenebræ, & cæcitati visus opponitur: vel quid intersit inter ea que

^{ἑναντία & ἀδίαφορα} græcè, latinè aduersa, & differentia nuncupamus, ignoret, & ut rectè dicitur è loco ex differentibus, non quiescit, ergo mouetur. Eodem modo valere existimet, otium est fugiendum, igitur Episcopatus est appetendus. Itaque donec Episcopatum assequatur, in otio viuit: quemadmodum tandiù, dum non mouetur quiescit. ERON. Sed relictis argutijs, nè videaris dialecticas argumentationes docere, dic mihi (obsecro) si istud opus, cogitatione ad arbitrium nostrum, seiunctum à Dignitate fingeremus: atque ob hanc causam desiderare Episcopatum licitum esset, expediret appetere? Nam (Apostolo 1. Co. 6. 12. et 22 teste) non omnia quæ per leges & per se licet expediunt. LATHRO. Propter magnitudinem istius operis, quod præstat cæteris omnibus, & geri non potest sine summa animi & corporis difficultate atque discrimine, non expediret. Nam (ut Chrysostronus testatur) Super Mat. c. 20. Homil. 35. operis imperf. nullus sapiens vltro pro aliorum salute, se subijcere vult seruituti, atque periculo tali, ut det pro omni Ecclesia rationem, nisi fortè qui Dei iudicium non extimescit. Melius igitur esse arbitror tutò in humilioribus Reli

gionis, & pietatis officijs versari & progredi, quàm cum periculo in altioribus titubare, & inde regredi cum iactura. Quapropter vehementer doleo, istum Hominem huiusmodi cupiditate perditum, in errorem tam manifestum tam turpiter incurrisse, nec animadvertere quid huius Scripti sui occasione homines loquantur. Id nimirum est, quòd ipse dum hoc alijs persuadere nititur, fingat se ex iudicio rationis ita sentire, quòd melius possit subrum affectuum reprehensionem effugere. ERON. Fortè ita est.

*Catullus
ad Variū* *Nimirū idem omnes fallimur, neq; est quisquā
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis, suus cuique attributus est error.*

Veruntamen si semel ad hoc persuadendum rationem applicuit, re vera potuit se ipsum decipere, & animum suum inducere ad credendum idem. Ita enim natura hominum comparatum est, vt quod alicui persuadere nitimur, primum nobis sit opinione persuasum, quāuis ipsa veritas diuerso modo se habeat.

*Inst. orat.
lib. 6.
ca. 2.* Nam (vt Fabius inquit) non incēdit nisi ignis, nec madescimus nisi humore, nec res vlla

la dat alteri colorē, quem ipsa nō habet. Sed quęso, reduc in memoriā argumēta alia, quibus hoc confirmare atque persuadere contēdit. LATHR. Occurrit aliud, quod ad eandem omnino disciplinam virtutis dirigitur. Episcopatus est ad virtutem ampliolem ascēsus, atque hunc ascensum expetere honestissimum est, sicut Gregorius luculenter expressit his *In p. 1st.* verbis, Si diuites esse cupitis, veras diuitias amate, quæ sunt ascēsus ad virtutes. Vnde quasi ex sua causa oritur rationis cōclusio, quòd Episcopatū appetere sit honestum. Et enim viri optimi atque amplissimi emulantur meliora charismata (sicut Corinthios cohortatur Apostolus) *1. ca. 12
b 31.* semperque pro viribus sectantur virtutes præstantiores, quæ sunt in Episcopatu, tanquam in loco arduo atque sublimi: quibus ornari oportet vnumquēque pontificum dicente eodem, Episcopum oportere *1. ad Tit.
mot. ca.
3. a 2 et
ad Tit.
cap. 1. a
6. 7.* omni crimine carere, ceterisque omnibus bonitate præstare. ERON. Hoc videtur ad persuasionem aptum & concinnum, & quidem in morali Philosophia est elegans & acutum: quia non apparet quoquo modo petitum ex cognitione, iudicioque sensus, sed ab ipsa

ipsa virtute profectum: cuius causa solùm (si Episcopatum expetere fas esset) expetere deberemus. Nam Theologi duo rerum expendarum genera prodiderunt, alterum finem, ad finem alterum, atque illud propter se ipsum, hoc propter aliud expetendum. Unde argumentum videtur ratione cõclusum, quod Episcopatus expetendus non sit propter se ipsum, id nimirum est, propter suam vim pōtificiæ iurisdictionis & potestatis, sed propter aliud, nempe virtutem, ad cuius consecutionem tantopere confert. Quare negligendum non est. Nā quamvis homines literatos non flectet, rudes tamen & simplices, præsertim huius opinionis suffragatores, fortè permouebit. Ideo cupio audire quid tu responsurus sis, cui tota decertatio quæstionis commissa est. LATHROB. Hoc argumentū si ad disciplinam Episcopi dirigatur, aliqua ratione procedit: sin minùs, non concludit. Nam Episcopus eximiæ virtutis atque innocentiae esse debet, non solùm apud homines ex extraneis actis, verùm etiam apud Deum ex corde puro & conscientia bona, libera ab omni forde peccati, donisq̃ue Spiritus sancti ornata

ornata atque referta. Episcopatus autem, si ex sua vi & ratione pendatur, non est ad virtutes præstatiores ascensus, sed status cuiusdam expletæ sanctitatis, & solennis officij, in quo absolutio perfectioq̃ue virtutum & bonorum omnium continetur; quando in illo & ex illo est, quicquid verè expetendū est; & per illum efficitur quod est per se laudabile & honestum. Unde vnusquisq; cuiusvis sit generis hominum, per imitationem spectare potest pro re sua quid sequi, quid agere, quid admittere, qua mente & pietate Religionem colere, adde (si libet) per contrariorū negationē quid fugere & cauere debeat. Idq̃ue etiam obseruare poterunt, qui tenuiorum & infimorū hominum non sunt, quiq; suis meritis & virtutibus, existimantur Episcopatu dignissimi. Satis enim superq̃ue est imitari quod absolutum perfectumq̃ue est in Episcopatu, quamvis Episcopatum, cui insunt ad summum æternumq̃ue bonum tot actanta ornamenta virtutum, nunquam optent vel obtineant. Virtutem sequi Dignitas non appeti debet: nec si casu aliquo non sequatur, iccirco aliquid de ratione virtutis dimi-

minuitur. Sed concessum sit Auctori huius causa, propter ascensum videlicet ad excellentiorem virtutem, expetere Episcopatum honestum esse. Quæro ab eo, quid primum expetendum est, Episcopatus nê, an virtus ipsa? Respondeat necesse est, nê quid de dignitate virtutis detrahatur, esse virtutem, tanquam verum animi bonum, cuius electione Episcopatus expetendus esset. Igitur virtus *Fuluo* *pretiosior auro*, (sicut ille ait) per se expetenda, in qua ad cœlestem vitam bonorum omnium summa consistit, & quæ natura sua in perpetuum durat, nec vllis dignitatibus interruit, sed nuda ac sola vniuersis honorum gradibus excellit & præstat: qua dum quis præditus extiterit, maleficus & sceleratus esse non poterit, cum sit vitio prorsus contraria, sicut malitiæ bonitas, scientia inscitie, vita morti, gloria dedecori. Verùm cū quis est Episcopatum assequutus, proinde absolutam perfectamque virtutem, quæ inclusa est in Episcopatu, adeptus nō est. Nam propter pontificium Principatum mercedem iustitiæ non meremur. Etenim apostolus nō ex apostolatu, sed ex opere apostolatus habiturus

rus est meritum apud Deum. Ex quo planū fit, quod qui Episcopatum desiderat, non reuera progressionem ad virtutem desiderat. Quippe re & veritate ad ascensum virtutis peruenimus, cum ascendentes gradibus virtutum pedetentim meliores laudabilioresque reddimur, secundum illud; Ibunt de virtute in virtutem. Episcopatus autem, in quo est expleta & perfecta forma virtutum omnium propter operis sui præstantiam, quo nullum habet sanctius neque solennius religio Christiana, virum requirit refertum iam cunctis virtutibus, atque Euangelicæ gratiæ vbertate fœcundum, habilemque rebus omnibus, qua de causa officit appetentibus, ad similitudinem solis, qui quamuis ad aspiciendam lucem sit lucis auctor & largitor, tamē si aduersum aspiciatur, ob suam excellentiam lædit oculorum obtutum. Et quemadmodum vt rectè & perspicuè videamus, nō fixis oculis solis radios intuemur, imò potius ad cernendum illam radiorum efficaciam declinamus: ita pariter multi excellentissimæ virtutis in obscuro loco & in tenui fortuna vivere maluerunt, quàm in dignitatibus constitu-

Psal. 83

e 8

ti. Vnde beatorum hominum mores cum Ecclesia imitationi proponit, nunquam præterit, quod plerique sanctissimi in excelso positi à Pontificatu se abdicarunt. Alij præstantissima virtute ac summa honestate præditi, cum fortiter resisterent, ad extremum coacti atque impulsivi propemodum inuiti, ac contra voluntatem retinuerunt. Quidam ab optimatibus utilitati Ecclesiæ consulentibus oblatum, magno ac constanti animo recusarunt, inflammati ardore cuiusdam perfectæ sanctitatis, quæ in recusandis dignitatibus posita est, non in appetendis. Nam appetere cuiusvis est, etiã hominis perditissimi: at recusare viri perfectissimi est, planeq; diuini. Ideo tanta laus illius sacræ legis interpretis, & primi legislatoris Iudeorum Mosis de quo ex sermone Dei, Scriptura pronuntiat: Num. c. 12. b 7 In omni domo mea, fidelissimus est seruus meus Moses. Qui cum à Deo missus esset ad regem Aegypti, vt ab Aegyptiorum crudelitate liberaret Populum obseruantem eius maiestatis & cultus: multis suis obiectionibus deprecatus est illius muneris functionē. Nam in primis opposuit se nõ esse talem, ac tantum

tantum, vt ad Pharaonem immanissimum barbarum accedere auderet, nec tantę auctoritatis, vt absq; calumnia denuntiare posset Iudaico populo libertatem. Cum verò respõdisset illi Deus, Ego tecum ero. alias excusationes afferebat: nempe tarditatem linguæ ad eloquentiam sibi impedimento futuram: orans supplex, vt alium ad eam Legationem sibi deligeret magis aptum. Cuius pudore Deus (vt Philo ait) admodum delectatus est. Exo. c. 3 d 12. Tanta laus Ieremiæ, qui vnus omnium veterum prophetarum modestissimus fuisse traditur, quia Prædicationis officium (quod semper cum pōtificia Dignitate retentum est, secundum id quod ad Timoth. scribit Apostolus: Prædica verbum) non solum non appetiuit, verum etiam, cum sibi ab absoluto Dei omnipotentis imperio iniunctum esset, refugere conatus est, dicēs: A, a, a, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Porro puer erat, non ætate vel robore, sed modestia animi sui, qua nihil altum sibi arrogabat, nec suis viribus confidebat. Sed multum promouit ad firmitatem, qui suam agnouit imbecillitatem. Nam hoc ipso apud homines Libr. 1.º de vita Mosis. 2.º cd. 4.º d 2. Ier. cd. 1.º d 6. factus

factus est magnus, & in maiori pretio habitus est apud Deum, qui ipsi respondit, Noli dicere puer sum, quoniã ad omnia quæ mit- tam te, ibis, & vniuersa quæcunque manda- uero tibi, loqueris: quia ecce constitui te ho- die super gentes & regna. Etenim qui se hu- milem cõsuerit, & indignum diuinis officijs iudicauerit, ex iisdem magnus & altus diui- na virtute euadet, vt illud quod scriptum est impleatur, Qui se humiliat exaltabitur. Tã excellens prærogatiua ordinis & potestatis Principis apostolorum, quem Christus sum- mum Pastorem atque Pontificem ouili Ec- clesiæ loco suo præfecit, perpetuaque suc- cessione in Ecclesia Romana cõseruat: quia se, diuina sua confortione iudicauit indignũ quum in hæc verba prorupit; Exi à me Domi- ne, quia homo peccator sum. Tãta Pauli mo- destia, quæ non potest cogitatione ipsa com- prehēdi satis. Qui cum esset excellens inter apostolos, plusque omnibus multis modis, præcipuè prædicando laborasset, se ipsum ni- hilominus abortiuum, & minimum aposto- lorum, & indignum apostoli vocabulo iudi- cavit. Tanta Marci Euangelistæ admiratio qu

Mat. c.
23. b. 12
Lu. c. 14
b. 11.

Lu. c. 5.
b. 8.

1. cor. c.
15. b. 8.
c. 9.

Hier. in
prol. su-
p. Mar.

qui ne eligeretur Episcopus, pollicem sibi re- secuit, vt in deuitandis dignitatibus sui ani- mi firmitatem non obscure eo iudicio demõ- straret. Quod egregium facinus de sui ipsius existimatione iudicij tam modesti, qui à se gestum esse testantur, ad ipsius immortalẽ memoriam, & incredibilem sanctimoniam referunt. Tanta similiter admiratio Ammo- nij Anacoretæ, qui vt omnem aditũ sibi ad dignitates occluderet, quibus in celeberrimo conuentu præstantissimorum hominũ dignissimus habebatur; dextrã sibi auriculã abscidit, ad perpetuam testificationem iudi- cij sui, quo se ad capescendum eas, non habi- lem iudicabat. Tanta honor Ambrosij Do- ctoris Ecclesiæ, qui quum Mediolani con- sularem dignitatem obtineret, à populis Me- diolanẽsibus episcopus electus, eorum cona- tibus, quãtũ in se fuit, semper restitit. Quod cum Valentinianus Imperator audisset, Gra- tias dixit, ago tibi Domine & Saluator noster quod huic viro ego quidem corporum, tu au- tẽ animarũ curã cõmiseris, & iudicij mei cal- culũ equum esse cõprobaris. Tanta probitas Gregorij, qui Theologus fuit appellatus, & in

Niceph.
Calli. li.
11. c. 37
& Cas-
sido. hi-
stor. tria-
par. li. 8
cap. 1.

Niceph.
Calli. li.
11. c. 32
Cassio.
li. 7. c. 8

Gregor.
presbyt.
in vita
ipsius.

in cultiori Theologia celeberrimus haberetur. qui præsentens ad extremum, quàm periculosum esset, & formidandum gubernaculum animarum, depelli posse tantum periculum iudicavit, si Pontificatum reliquisset: quare delecto optimo successore ab eo se eripuit. Tanta virtus Ioannis presbyteri Antiocheni, qui ad pōtificalem Dignitatem Ecclesiæ Cōstantinopolitanæ ab Arcadio Imperatore promotus fuit, nō suis precibus, ob res tot ac tātas à se benè & moderatè gestas: aut petitione aliqua suppressa ex occasione concionandi, propter summam copiam facultatemque dicendi, queis peditus erat, unde Chrysostomi cognomē assumpsit. vel ex imaginibus familiæ suæ veteris atq; illustris non magis nobilitate quàm virtute, studijsq; amicorum & magnorum virorum, quibus abundabat. sed per vim: cū vniuersi populi Constantinopolitani iudicio egregijs quibusque hominibus, atque in omni genere virtutum ornatissimis præponeretur. Tanta auctoritas Hieronymi primarij Ecclesiæ Doctōris, ab eius grauitate, seueritateq; non aliena. **Qui cum esset generis nobilitate cōspicuis** omniū

Ex Georgio Diacono in eius uita & Socrate lib. 6. c. 2. Ac Niceph. Callist. li. 3. c. 2. alijsq; scripto.

Ex ipsius uita per Eusebium Cremensensem.

omnium disciplinarum eruditione præclarus, eloquentia & multarum linguarum varietate insignis, totiusque vitæ sanctimonia venerandus, nihilominus talis ac tantus vir magna cum difficultate allici potuit à Liberio Pont. Max. ut ad sedis apostolicę splendore presbyterij insignibus ornari pateretur. Tantum Aurelij Augustini viri eximiæ sanctitatis, & rei ecclesiasticę scientissimi exemplum ad imitandum: qui quum casu ad ciuitatem aliquam pergeret cuius Episcopus migrasset è vita, terrore atque periculo commotus, ne per vim in demortui locum sufficeretur, confestim aduersis tramitibus abruptis, latebris se occultabat. Qui sæpenumero spectata huius muneris conditione plena tantæ sollicitudinis & timoris, conquerebatur quòd nulla ex re magis Deum sibi iratū sentiret, quàm quòd populis præpositus esset, & onus angelicis humeris formidandum sustineret. Et scribens ad Valerium significare videtur, se coactè Episcopatum Hipponensem excepisse, & eius gubernaculo indignū esse; quum ait: Eo tempore, quo discere cœperā, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum

Ex scriptis ipsius, & ex Possidonio in eius uita.

Citatur dist. 40. cā. ante omnia.

Lipp. in
historia
eccle. ex
martyro
logio.

In li. de
statu ani
m.e.
Ex uita
per Io.
Diac.

Ex uita
per Ar-
noldum.

rum (nam quid aliud existimem nescio) ut se-
 cundus locus gubernaculorum mihi trade-
 retur, qui remum tenere non noueram. Tan-
 ta Eucherij generis sui nobilissimi clarissi-
 miq̄ue viri, sanctitatis perfectio. Qui quum
 ad populi fructum, & salutem animarum om-
 nibus videretur aptissimus, vel maximè pro-
 pter singularem vim, incredibilemque co-
 piam concionandi, ad Lugdunensem episco-
 patum electus est. Quem cum sibi magni pe-
 riculi causam fore putaret, ad eam euitandã
 in quodam abditissimo loco solitudinis se
 occultauit. Quamobrè diuino oraculo vno
 post hominum memoriam celeberrimo cer-
 tissimoque testimonio admonumētum suæ
 laudis sempiternum pontifex Lugdunensis
 Ecclesiæ declaratur. Qua de causa ipsum
 Claudianus Episc. Vien. magnorum sui tem-
 poris pontificum longè maximum nuncupa-
 uit. Tanta existimatio Gregorij cognomen-
 to Magni omnium ore comēdata. Qui cum
 ad summum Pontificatum electus esset, tan-
 diu recusauit, quãdiu potuit. Tandem, cum
 honestè subterfugere amplius non valeret,
 ægriori animo tulit. Tantum decus Bernar-
 di

di, cuius de tot tantisque virtutibus, quæ fue-
 runt propè innumerabiles, illam præclarè &
 summa cum laude expressit Ecclesia; quòd
 duos Episcopatus Genuensium scilicet, &
 Mediolanensium sibi traditos non recepit.
 Idque studium tam officiosum & sanctum,
 ne dimanaret apud homines ad existimatio-
 nem suam, verbis modestissimis attenuabat,
 nullamque aliam causam recusationis affere-
 bat, nisi quod imbecillus esset ad illud onus
 officij sustinendum. Tanta laus in ore sapiē-
 tum Thomæ. qui quum Urbanus Pōt. Max.
 ei plurimas dignitates offerret, persuaderi
 non potuit ut ei assentiret ac retineret. Ab
 Archiepiscopatu etiam Neapolitano à Cle-
 mente huius nominis III. sibi iustè delato,
 abstinuit. Tanta famæ celebritas Bernardi-
 ni Senis honesto loco nati. cuius sanctimo-
 nia quamuis ex multis eius rebus mirandis,
 de quibus multa dici fusè lateque possent, no-
 ta sit: tamen potissimum confirmatur quòd
 in primis Senensem episcopatū, deinde mul-
 tis post annis Ferrariensem, post aliquanto
 Urbinate accipere noluerit. Ad quod re-
 presentandū tres mitrę per ipsius simulacrū

Io. Cap-
zo in e-
ius uita

Ex ip-
si⁹ uita.
& hist.
ord. mē.

L pedi-

pedibus trahuntur. Cuius capiti cum Urbanus Pont. Max. mitram imposuisset; quod ipsum præ multis hominum millibus ad talem dignitatem aptissimum existimaret: non tulit, sed stratus ad eius pedes gratiam retulit, & deposuit hac excusatione usus, ut sibi nimirum in sordida contemptaque vita liberior potestas esset persuadendi de paupertate & despicientia dignitatum. Tanta sanctitas Felicis presbyteri Nolani hominum honestissimorum non tantum suæ urbis, verum etiam totius orbis terrarum optimi atque sanctissimi. qui inter alia multa religionis & pietatis officia quæ testata esse voluit, hoc clarissimum celeberrimumque reliquit suæ sanctitatis indicium, quod quum sibi in sinum delatus esset Nolensis Episcopatus, recipere recusavit. Tantum decus Vincentij Magistri sacri Palatii, loci alioqui, tam negotiosi & molesti. cuius opinio tanta fuit, ut iudicio hominum omnium generum ad Episcopatum cederetur aptissimus. Qui deinde à Pont. Max. Episcopus declaratus, Episcopatus insignibus illustrari acerbissimè ferens, sacramento ad opus tanti ministerij initiari se non permit

Ex ipsi
nita.

Ex ip-
si nita.

fit

fit. Tanta famæ celebritas Brunonis de Christiana Religione benemeriti (qui illam monachorum Carthusiensium Regulam contulit optimam atque sanctissimam) Quem quum Urbanus Pon. Max. (qui fuit ipsius auditor, quum in priuata vita studia scientiarum excoleret) ex gurgustio monasterij, quod erat in solitudine, Romam vocasset ut ipsum ad archiepiscopatum quendam, cuius Antistes decesserat, promoueret. Vir præstantissimus atque integerrimus Archiepiscopatus insignibus & ornamentis contemptis, vnum hoc tantum sibi concedi postulauit, nempe veniam reuertendi ad monasterium suum, & ad illam priorem latentis vitæ conditionem, quam profitebatur. Quod cum ei permissum esset. ad pristinam consuetudinem reuertit, atque in eam Magnæ Græciæ solitudinem quæ hoc tempore Turris appellatur, cum paucis aliquot sui instituti sectatoribus se recepit. Vbi summa cum tranquillitate mentem animumque in rerum cœlestium diuinarumque contemplatione tandiù exercuit, quoad deposito corpore vita cœlitum perfrui licuit. Tanta commendatio Guillelmi Ray-

Ex an-
nalibus
Cartha-
sian. ex
ex eius
uita per
Francis.
& Putco.

Ex Car-
thusian.
annalib.

L 2 naldi

naldi, qui nullis ornamentis aut commodis, neque re vlla de statu suæ Religionis exturbari potuit. Nam cum ad Cardinalatum à summo Pontifice ex suffragijs omnium Cardinalium sui sacri Collegij esset electus, propter virtutes animi multas & magnas, quibus cū admirabili opinione suæ integritatis & modestiæ multos annos supremam Carthusiam administrauerat, omni diligentia studioque quandiū vixit defugere conatus est. semperque se ergastulo inclusum in studio contemplationis continuit. Tātum præconium Laurentij Iustiniani Veneti, qui quum in omni genere virtutis & disciplinæ primas obtineret, amplissimum nihilominus Venetiarum Episcopatum ter sibi ab Eugenio huius nominis IIII. oblatum, neglexit. quantoque vehementiùs Pontifex insistebat, tanto ipse acriùs recusabat. demum quum tam frequentes & assiduos conatus ampliùs sustinere nō posset, illius imperium fortiter & patienter tulit. Tanta denique gloria Christophori primi. Cœlestini V. Constantini II. Gregorij XII. Raymundi, Io. Germani, Umberti Viēnensis, Alberti Magni & aliorum innumera biliū

Ex hist. sacr. Religionū, per Paul. à Mori-
gia Me-
diolan.

Ex Petro Cal-
colario.
Platini
supple-
ment.
chronic.
atque ex

bilium, qui quum possent dignitates vel assequi, vel retinere, quāto grauiores prudentioresque extiterunt, tanto eas liberiùs & constantiùs vel recusarunt, vel exceperūt coacti vel habere noluerunt. Non præteribo interium præclarum institutū sacerdotum Societatis Iesu, qui quum adeò animis studiisque laborent pro populorum vtilitate, vltro se omnibus ecclesiasticis dignitatibus abdicāt. Quam professionem vt acriùs prosequātur & cum maiori constantia defendant & præstent; voto expressè nuncupato confirmant. quo spondent nullam vnquam dignitatem procuraturos, neque consensuros si ad eas assumantur, nisi illius imperio coacti, qui ipsis sub pœna peccati præcipere potest. Quorum nonnulla exempla subijciā vt talis, qualis eorum virtus est & prædicatur, magis ac magis appareat. Et quidem ante omnes occurrit Iacobus Laynesius vir optimus & doctissimus. Quem primū Paulus III. in collegium Cardinalium traducere studuit, nec illo recusante potuit. Deinde Pius IIII. eundem aggressus est vt collocaret in eodem ordine dignitatis, tanquam è sa-
cris

officina
Texto.
de contē-
ptori-
bus ho-
norum.

Iacobus
Laynes
Hispanus
II, Soci-
eta. Iesu
prepositus.

cris meritum, postquam ex Concilio Tridē-
tino reuersus est: nec vnquam (ipso æquè at-
que antea repugnante) valuit. Est & Clau-
dius Iaius Theologus, qui quum esset omni-
bus illis partibus cumulatissimè instructus
quæ in optimo Episcopo requiruntur, Fer-
dinandus Cæsar studiosè diligenterque cura-
uit, vt Tergestinis Ecclesiæ Episcopus à
summo Pont. crearetur: cui cum assensisset
Pont. Max. tanta constantia vir egregius re-
cusauit, vt neque ratione vlla, neque summo-
rum Procerum auctoritate (quibus semper
in rebus omnibus solitus erat libētissimè ob-
temperare) à suscepto instituto suæ Religio-
nis deflecti potuerit. Præterea Io. Ricafolus
nobilis Florentinus, cum illis virtutibus ple-
nè ac perfectè præditus esset, quibus Episco-
pi munus æquè commodè, ac sanctè admini-
stratur, bis ad illud electus fuit, bisque pari-
ter recusauit, ratus non esse se, qualem eum
alij existimabant. Est etiam Franciscus Bor-
gia, qui præter illam præstātem nobilitatem
tantopere in rebus gerendis vsu atque expe-
rientia excelluit, vt ipsum permulti summi
Pontifices designassent dignitate Cardinala-

tus

tus ornare, ornassentque proculdubio si con-
stanter ipse non repugnasset.

Petrus Canisius quoque iam pridem clarus
toti orbi terrarum peruagato illo suo cele-
berrimo doctrinæ Christianæ Cathedismo
cum pro commodo Germanorum, & præ-
cipuè pro bono Fidei his dubijs Ecclesiæ tē-
poribus ob tot ac tantas contentiones factio-
forū ex omnibus à Maximiliano Cæsare ad
Archiepiscopa. Coloniae Agrippinæ electus
esset, quo nullum habet Germania præstan-
torem, nulla honestatis specie, nullo Reli-
gionis nomine, denique nullis rationibus sua-
deri potuit, vt Imperatoris electioni assenti-
ret. Ad hæc, cum his summis viris numerari
potest Ferdinandus Paternò Catanensis nō
minore generis nobilitate, quā morum pro-
bitate atque eruditione insignis. Quem Ioā-
nes à Cerda Methymnæ Cœli Dux, vnus ex
primarijs Regis Catholici quum pro Rege
Siciliam gubernaret, in Hispaniam reuersu-
rus voluit vnā secum ducere moderatorem
filijs sui. Ad quod facilius consequendum, vt
nullam omninò aduersum se excusationem
haberet, arbitratus est ipsius Patrem pluri-

mum

Claudi-
Iaius Al-
lobrox è
Soci. Ie-
su.

Ioannes
Ricafol-
us He-
truscus
è Soci.
Iesu.

Fran-
cisc. Bor-
gia Va-
lentinus
III. So-
ciet. Ie-
su præ-
positus.

Pet. Ca-
nisius
Germa-
nus è So-
ciet. Ie-
su.

Ferdinā-
dus Pa-
ternò Si-
culus è
Soci. Ie-
su.

mum valere, à quo postulauit, vt ipsum secū ire pateretur, promisitque se ea de causa tan diu elaboraturum, donec ad Episcopatum electus esset. Cui vir summè prudens & generosus respondit, filium suum non sibi, sed Religionis obedientiæ subiectū esse: nec tā malè velle filio suo vt ipsi Episcopatū optarit. Quod dictum tanquam nouum & inauditū memoria nostra, vehementer admiratus est Prorex. Quòd si hoc pro filio pater respondit, quid pro se filius responsurus erat ab eodē educatus, & tam sancta disciplina suæ societatis imbutus? Et (ne prolixior sim) Claudius Aquiuus huic Societati præpositus expleat ingentem numerum reliquorum. qui quamuis nobilitatis Neapolitanæ splendore studijsque virtutis præclarus semper extitisset, tamen tum maximè apparuit ingenuitas & moderatio animi eius, cū Romæ omnium ore peruulgaretur Cardinalis à Pio. V. designandus quod paulò post cōprobari, & magis in existimatione haberi cœpit euentu, vbi honoris eius causa nepos omnium applausu Cardinalis factus est. Nā victa hominum expectatione cōtinuò ius suæ libertatis Societatis

Claudio
Aquiuus
Neapolita-
nus. V.
Societatis.
Iesu præ-
positus.

tatis obedientiæ subiecit, vt mentem suam à Cardinalatu remotam, cunctisque honorum gradibus alienam tutè eò loci conferuaret atque defenderet. Quod egregium facinus si rectè attenteque consideretur, vnum est ex omnibus quod nunquam fallit iudicium veri, nec auctorem suum fictæ ac simulatæ religionis suspicioni reddit obnoxium. Quia simpliciter & ex sua vi semper est cū virtute coniunctum, nec vllò fūco aut simulatione adulterari potest, quemadmodum actiones fermè omnes reliquarum virtutum, quæ sæpe ac sæpius præstigijs & captionibus infici solent, cū quis ab illis auersus simulata pietate boni viri speciem præ se fert, velut exempli gratia, continentis cū sit intemperatus; liberalis, cū sit auarus; patientis famis, frigoris, paupertatis, cū sibi intus sit sitiens esuriensque omnium voluptatum & commodorum; obseruantis officij & religionis, cū sit affectu consceleratus & peruersus, sicut in sermone Pastoralis Gregorius testatur, dum ait Plerunque vitia, virtutes se esse mentiuntur, sub Parsimonix nomine Tenuitas se palliat: effusio sub appellatione

PAR. 2.
CAP. 8.

M lar-

largitatis, Remissio creditur Pietas, Ira zelus virtutis, & cætera generis eiusdem, quæ ibi huius testificandi studio exprimuntur. in contemnendis autem honoribus & dignitatibus tam excelsis & sublimibus falsitas & corruptus animus, præsertim in eo qui Religioni optimæ & modestissimæ se obstrinxit esse nõ potest. Nec mihi latet Auctorem horum exempla sic interpretari, quasi summi isti viri cuiusdam sanctæ simplicitatis, modestiæque causa, & ad incrementum suorum meritorum sese deiecerint. Quod si ita sentit, affirmare necesse est, eos qui Episcopatũ nec cupiunt nec volunt, & repugnanter accipiunt virtute plurimũ præstare ijs, qui appetunt & volunt. Quod si hoc affirmat, fateari oportet appetentem ad opinionem virtutis commendari non posse, cuius virtutem occasione huius appetentiæ in comparatione eorum, qui nihil tale appetunt, deteriorẽ facit. Quod si accessioni virtutis talis appetentia impedimento est, non negabit appetentis virtutem, qua præditus erat antequam appeteret, appetendo minui & fieri decessione peiorem. Quod si Episcopatus integerrimẽ

ac

ac perfectissimæ virtutis hominem poscit, afferere debet ipsius appetitione affectum minoris virtutis effectum, eo indignum effici, ac demum concedet Episcopatus appetentẽ non fungi officio boni viri, cuius appetitio ei ad obtinendum & impetrandum obest. Præterea si exempla proposita ad dignitatẽ virtutis, & perfectæ vitæ referenda esse censet, perspicuum est vtile cuique esse ea studiosius æmulari. Nam nemo pius est, qui pietatem cauet. Et quemadmodum quæcunq; viri perfecti & integri horrent & reformidant, omnino fugere & euitare debemus, eodem modo quæ faciunt & probant omni cura atque opera consecrari. Vnum enim præceptum est ad cognoscendum quid vel cauere, vel sequi nos oporteat, cum ancipiti cogitatione distrahimur, vt nimirum sanctorum exempla imitemur, quibus tanquam firma & immutabili regula in rebus omnibus vti debemus. Etenim sancti, qui nulla cupiditate vincuntur, ea faciunt quæ ex iudicio mentis ita recta esse cognoscunt, vt ex eadem ratione & causa semper rectẽ fieri & videri possint. ac solũ ex rebus omnibus animi,

M 2 cor-

corporis, & externis, aduersantur vitiosis & noxijs, aut certè ijs, quæ ἄσπλαγχα Græci vocāt quæ quamuis ad bonum & malum indifferētia per se sint, tamen maiore ex parte respectu priuatæ personæ periculosa sunt. ERON. Fieri igitur nullo modo potest ò Lathrobi, vt in appetendo Episcopatu species vlla virtutis appareat. LATHRO. Sanè quidem ita est. Verumtamen Disputator ex contrario contendit alio argumento, quod diligēti atque completa ratiocinatione in hunc modū confecit, Appetere Episcopatum leges non prohibent, quicquid autem non est aliqua lege prohibitum videtur esse permissum (nam lex vetandiratio quædam est, prohibendique sapientia) ergo appetere Episcopatum leges concedere videntur. ERON. Si hæc conclusio ex argumento vim haberet, determinationē totius quæstionis efficeret. LATHROB. Benè herclè efficeret si ex ratione vim haberet: nihilque iam aliud quærere deberemus. sed cùm expositio & assumptio mentitæ plenæ que erroris sint, complexio non cōcluditur. Quoniam ex falsis verum concludi non potest. Non enim quicquid non est à iure prohibitum

bitum concessum esse videtur. Nā Solon qui ^{Cic. pro S. Roscio.} Atheniensibus leges instituit, de parricidijs nullam tulit legem; nec Licurgus, qui Lacedæmonijs leges condidit, de adulterijs quicquam cauit, & initio naturæ humanæ quū orti sunt homines, quandiu vixerunt bona fide, tandiu sine legibus permanserunt. cū verò erga ipsos mutua beneuolentia refrixit nec amplius eorum societas pietate erga Deum de medio sublata sine legum præsidio constare potuit, rogatæ sunt leges quæ malos mores compefcerent, & ab hominū conuictu iniuriam propulsarent. Vnde non immeritò fertur bonas leges ex malismoribus esse ortas. Neq; ætate nostra contra omnia manifesta crimina latæ sunt leges. nam ingrati animi crimē omnes summę & horrēdæ culpæ loco ponunt, & (vt Seneca inquit) ingrato homine terra nil peius creat. Quem sēsū Elpidius magister meus vir religiosus & doctus ex collegio sacerdotum Societatis Iesu, qui Panormi abhinc annos fermè duos mortuus est, significauit his versibus:

*Nil homine ingrato peius reperitur in orbe:
Nil scelerum carcer tetrius Orcus habet.*

Et tamen huic tanto crimini nulla lex est cōstituta, & multò etiam minus contra ea quę adhuc confepulta sunt & incognita. Si quidē hoc extremo seculo nequissimo, & teterrimo nouis sceleribus locus vllus relictus est. Sed ne de hoc contendamus, detur illi. non enim propositum est de singulis cum ipso certamen, nec in præsentia intētio est præcisè negādi quod imperatorij iuris iuxtā ac pontificij periti suo quodam modo atque explanatione tradunt. Verū assumptio quomodo valere potest? Nam cū triplex sit ius, vnum diuinum quod euangelij & sacrarum literarum præceptis constat, Alterum humanum quod lege Ciuili & Pontificia continetur, Tertium liberum quod moribus constituitur, conscriptisque monitis peruulgatur (quod si vt rectè viuamus cum aliqua statuēdi potestate non cogit, at certè docet & multum valet) omnia ista Episcopatum appetere planissimè vetant. Quod non grauabor quàm breuissimè potero pro mea consuetudine singulatim de vno quoque monstare. Quippe diuina Scriptura, & disciplina veterum Eccesiæ doctorum, & placita Romanorum

l. Semper qui non prohibet. ff. de regu. iur. et. l. precipimus. C. de appellationibus.

13. q. 15.

rum pontificum, quę tanquam perpetuas leges ad nostrum vsum doctrinamque transferre & applicare debemus, & quę Iurisperitorum codicibus descripta sunt, huiusmodi appetitionē grauissimis verbis coarguunt, & prohibent, ac etiam scriptores ipsi humanarum literarū execrantur. Quod vt perspicuè cerni possit, ponam in primis firmas & graues auctoritates Iesu Christi. Qui quum vellet Episcopos constituere, vt constat ex euangelio Marci, in montem ascendisse legitur, & ad se vocasse quos ipse voluit, quosq; ad huiusmodi diuinum, & cœlestē munus ab initio sibi delegit. Quod Matthæus etiam expressit ad verbum, dicens Christum conscenso monte accersisse non quosuis è multitudine, sed duodecim à se delectos; quos Euangelista, vbi omnes nominatim strictimque recensuit, subiecit, Hos duodecim misit Iesus. vt non opinione dubia haberetur, quòd nullus apostolorum optauerit illam potestatem à Christo sibi præstari. Idque etiam ex euangelio Ioannis constat, vbi Christus quò magis spectatum redderet ipsorum affectum, nosque doceret præstantioris officij munus

Cap. 3. b. 13.

Ca. 10. 4. 1. 2. et 5.

Ca. 15. c. 16. et 19.

affe-

affectandum non esse, etiam ad benemerendum de alijs, & studio seruiendi salutem animarum, & commodis proximorum, dixit ad illos, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quasi aperte dicat Apostolatus citra conatum, & studium vestrum vobis contigit, nam ipse ego elegi vos de mundo, & constitui vos Ecclesiae praesides & euangelij mei praesones. Quam electionem Lucas ut prorsus diuinam ostenderet, commemorat Christum per totam noctem caelestem patrem deprecatum esse, primoque diluculo discipulis ad se vocatis ex omnibus duodecim delegisse, & eos apostolos nominasse. Quae mysteria quamuis per se singula apertissime ostendant electionem apostolorum fuisse factam a Deo, tamen hoc magis explicat, quod Christus pro constituendis discipulis in Apostolatu, humi stratus Patrem suum humiliter noctem integram deprecatus sit. Quod sine dubio merito suae providentiae fecit, nimirum ad indicandum munus Episcopatus re vera per efficaciam Spiritus sancti nemini obuenturum, nisi solis ijs, quibus datum

datum esset a caelesti Patre. Quod rursum ex illa Christi sententia planum fit. Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Nec desunt in eundem sensum Apostoli potentissima testimonia, quae constanter nos docent Episcopos (nempe legitimos) vocatu Spiritus sancti institutos & effectos esse, sicut in Actis apostolorum, ubi admonetur Episcopi de sua vocatione ad Episcopatum quum dicitur, Attendite vobis & uniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Perpicuum autem est, quomodo Spiritus sanctus posuit, quos manus hominum in ea gubernatione collocauerant, quoniam nullo motu voluntario, sed coacti atque impulsu instinctu Spiritus sancti, per impositionem manuum auctoritatem habentium exceperunt. Et quidem iustis de causis sanctissimi illi Ecclesiae Dei rectores desiderare potuissent Episcopatum, qui se totos & animis & corporibus in salutem hominum contulerant, atque in omni virtutum genere praestantes erant, qui que etiam Christianae doctrinae

Io. c. 6.
g 65.Act. ca.
20. f 28

N pra-

præceptores esse poterant non solum popu-
 larium & tenuiorum hominum, sed sapien-
 tum, & regum orbis terrarum, gentiumque
 omnium, si honestum hoc ac prædicabile iu-
 dicassent. Et rursus ad Romanos, **Quo**
 do prædicabunt, nisi mittantur? Id nimirum
 est, **Quo**modo pontificale opus ritè atque le-
 gitimè administrabunt, quos non Aaronis à
 Deo vocati, sed Oziæ Regis exemplum ad il-
 lud appetendum, & arripiendum impellit?
Quo loci Prædicare episcoporum potestati
 dignitatemque demonstrat. Quoniam id præ-
 stare est præcipuum munus Episcoporum; &
 vno consensu theologorum omnium inter
 omnes pôtificios conatus summum locum
 tenere iudicatur. **Quo**d quia non sine opero-
 so negotio, & magno periculo fit, maiorem
 in modum molestum esse cõsetur. Et iccirco
 hodie Episcopi (dabunt mihi veniam si sermo
 utilis in hac re paulò minùs gratus est ipsis.
*Nec mihi vera loqui pudor est, vitæq; fateri
 Tot mala*) malunt rebus gerendis in iudicio quæ
 non ita multum faciunt ad frugem, & alijs si-
 ne scrupulo tradi possunt; & familiaribus oc-
 cupationibus, quæ nihil ad fructum iuuant
 im-

Cap. I.
c. 10.

Num. c.

3. c. 16.

2. Para-

lip. cap.

26. c. d.

18. 19.

Concil.

Triden.

ses. 5. ca.

2. de

prædic.

c. ses.

24. c. 4.

de re =

form.

Tibul.

libr. 3.

eleg. 2.

implicari, quàm in concionem ascendere, &
 huic muneri (quod ipsorum est maximè pro-
 prium) operam dare. Nec est dissimile, vt
 ad propositum redeamus, illud ad Hebræos ^{Cap. 5.}
 Nemo sibi sumit honorem, nisi qui vocatur ^{4. 4.}
 à Deo tanquam Aaron. summa verò omniũ
 honorum Ecclesiasticæ Hierarchiæ in ponti-
 ficia dignitate consistit. Præterea etiã theo-
 logi sanctissimis grauissimisque sententijs
 atque argumentis docent, nemini licere hoc
 opus administrationis affectare, nisi eius per-
 fectio pietatis ad superiora eum rapiat, & al-
 tiùs per Charitatem extollat. asserente Ber-
 nardo (quemadmodum antea dictum fuit) <sup>Super
can. ser.
18.</sup>
 ad huiusmodi munus officij periculosissimè
 promoueri, qui nondum plenitudinem Cha-
 ritatis adeptus est, etiam si omnibus studijs <sup>Videque
supr. fol.
7 b. lin.
22. ver-
si. Vnde
Bernar.</sup>
 cognitionis, & præstantissimis quibusq; vir-
 tutibus excellat. **Quo**d planè dicit, primùm
 quia nulla virtus est quæ promerere censea-
 tur ascensum ad ampliores honores & dignita-
 tes sicuti Charitas, quæ ignis instar semper
 in sublime fertur. Deinde quia Charitas sola
 per se ipsa magna est, & suis viribus niti-
 tur, nec eget aliarum virtutum præfidijs, &

auxilijs ad sui perfectionem. Immo verò in hac vna tanquam perfectissima re, virtutes omnes ad absolutionem summi atque optimi conualescunt. Et iccirco Christus seruator noster Principem apostolorum, prius quam ipsi mysticas regni cœlestis clauis, & gregem suarum ouium traderet, interrogauit de sui dilectione, quæ euangelicæ perfectionis est summa, dicens, Simon Ioannis diligis me plus quam ij? Quod cum illi difficile videretur ad iudicandum, respondit, Scis Domine quia amo te. Quo responso ostēdit & aliorū meritum se ignorasse, & de se etiā timuisse, cum prætermissa comparatione sanequam moderatè & cautè illo antecedente verbo respondit. Quasi arduum cognitu sibi esse testetur vtrunque, nosse se, & cum alijs se conferre, quos non nouerat. Nullus ergo, quantumuis licet excellat, debet se alijs digniorē existimare. Nam si de Charitate quæ iustificationis gratiā promeretur, nec tātillum quidē tutò ante fati diem nobis polliceri possumus: quo tandem pacto cognosceamus eam nos cæteris affluentius esse consequutos? Quam si quisquam mortalium de se

Io. cap. 21. b. 15.

statuat

statuat, de statu suæ rectitudinis declinat, ac velut ab initio ipso itineris (vt fertur) aberrat in diuersum. Nihil enim tam insolens excogitari potest, quodq; bonorum aures magis offendat, quàm si quis cōtagione suæ ambitionis inquinatus de Charitate, bonisque operibus sibi bladiatur. Qui si & meritò Charitatis & bonorum operum fructu in Ecclesia excelsiori loco dignus erat prius quàm talem se esse arbitraretur, posteaquam se talem est arbitratus, eo indignus redditur, & qualis antea non erat efficitur: cum vir bonus nec esse, nec videri possit qui se bonum qualemcūque censet ac prædicat. Quod Gregorius (vt veniam ad auctoritates, ad quas iuris Pontificij regulæ diriguntur) expressit his verbis, Sicut locus regiminis desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus. Et rursus alibi idem sanctus Pontifex fauit amplioribus verbis huic sententiæ. Quem locum, vt à nobis ex toto intelligi possit, qui modo librum non habemus ad manum, referam ad verbū, si rectè memoria teneo. Sicut is qui inuitus renuit, & quæsitus refugit sacris altaribus est admouendus: sic qui vltro

ambit

*1. q. 6. si
cut is. c.
si. de Si
monia.
et glos.
in uersi.
in scrip.
8. q. 1.*

*In opus
culo de
Pastoris
officio,
et cita-
tur can.
in scrip.
8. q. 1.*

*Ad Sya
griū Au
gustodē.
episc.*

ambit, vel importunè se ingerit, procul dubio repellendus. nam si sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit nisi ut crescendo decrescat, & ascèdendo exteriùs, interiùs in profundum descendat? Quæ sententia tam auctoritatem obtinuit, ut in libros Decretorum summorum Põtificum relata sit. Id ipsum etiam Augustinus sanequam manifestè atque perspicuè sicut omnia, & ut suum tulit acumen, ostendit, A studio (inquit) cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium: locus autem superior, sine quo regi populus non potest, et si ita teneatur atque administratur ut decet, tamen nõ decenter appetitur. quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuedæ vacandum est veritati. Et alibi multò apertius ac breuiùs eandem sententiam quatuor verbis dumtaxat complexus est: Prælatia secundum meliorem intentionem fugiendæ est. Neque aliud est, quod à Chrysostomo dicitur, Primatus fugientem se desiderat, & desideratorem se horret. Et rursus paucis post versibus, Primatus ecclesiasticos concupiscentie neque iustum est neq; utile. Quarum sententia-

1. q. 6.
ca. fin. de
Simonid
19. de ci
uit. Dei
& refer
tur 8. q.
1. ca. qui
episc.

Moral.
libr. 28.

Homil.
35. ope
ris im
perf. o.
2. super
illud, au
dientes

tentiarum summis Pontificibus tanta vis, atque ratio inuiolatæ religionis visa est, ut ad Ecclesiæ usum legibus ipsorũ mādatur sint. Et Glossa sub omnibus verbis subscripta, quæ cum tota sit ex legibus pro lege habetur, explicatè dicit, Qui Episcopatum desiderat in terra, inueniet confusionẽ in cœlo. Sed quid hæc testimonia producimus, cū huiusce disciplina plena sint omnia ecclesiastica volumina, & præsertim illud aureum opus Ioã. Chrysostomi de sacerdotio? Quare ad philosophos deueniamus, qui quamuis nostram Religionem ignorassent (qua cõstat cuiusq; perfectio, & quæ sola nos ducit ad finem ad quem tendimus & cui conditi sumus) tamen apud illos tantum valuit mentis acies, ratioque ipsa à natura animis nostris impressa atque infixæ, ut ad usum vitæ & prudentiam, & ad omnes ferè humanas actiones multa modestè ac moderatè tradiderint, velut ad propositum de non appetendis dignitatibus. Quorum aliquos nominabo, potissimùm ex veteri schola Græcorũ. Nam (ut Seneca inquit) in aliena castra transire aliquando prodest, dummodo ne transeamus ut transfuge, sed

decem in
dignati
sunt.
Matth.
ca. 20.

8. q. 1.
qui episc.
uer. peri
culosus
& inf.
cod. ca.
multi.

Epist. 2

De doc
tri.chri.
ca. 4.º sed vt exploratores. Quod Augustini testi-
In Glau
60. monio confirmari potest dicentis dicta phi-
Ad He
br. ca. 5.
4 losophorum, quæ pietati atque rationi con-
In Lep.
tinen. sentanea sunt, non solum fugienda non esse,
 sed etiam ad fructum nostrum, tanquam no-
 stra sint propria transferenda. Adde etiam si
 placet, mirabili vi rationis permoueri nos ex
 philosophorum studijs ac doctrinis, in qui-
 bus symbola quædam nostræ religionis elu-
 cere videmus, quæ quasi vestigia euangelicæ
 veritatis existunt. Proferam ergo in mediũ
 primum omnium sententiam Euripidis asse-
 rentis homines deorum decus cupere non
 oportere. Decus autem deorum cupere hoc
 nostro tempore non est appetere diuinos
 honores exhiberi sibi, & in carne mortali ab
 hominibus adorari, sicut Gentes olim, sed
 præcipuum illum, atque diuinum honorem
 apostolorum, de quo Paulus inquit, Nemo
 sibi vsurpet honorẽ, nisi vocatus à Deo. qui
 ad gubernationem animarum perpetua suc-
 cessione in Episcopis conseruatur, & omni-
 bus politicis magistratibus, & regali etiã do-
 minatui præstat & antecellit. Demosthenẽ
 etiam referunt solitum esse dicere bonã cun-
 cta

cta speranda quidem, sed tamen vt humana
 speranda esse, ob idque summissè Deo sup-
 plicare nos oportere ea tantũ, quæ ad rectè
 honesteque viuẽdum nobis profutura sunt,
 non autem gradus honorum & magistratus
 quæ vel nobis non expediunt, vel obesse pos-
 sunt. Itemque Sophocles demonstrat naturã
 omnium mortalium generis humani, hoc v-
 no vitio maximè premi, quòd mortalia atq;
 humilia, quæ ad vsum tranquillæ honestæq;
 vitæ pertinent, postmittat; tantum superio-
 res honores maiestatem, potestatem, immor-
 talem memoriam, atque etiam alia multo
 maiora suspiciat atque inquirat: non cõside-
 rans neminem præter Deum cœlestium bo-
 norum esse dispensatorem, quæ cuiq; perin-
 de vt ipsi visum fuerit, dispertit. Et Plato pe-
 rennis philosophiæ fons, qui nõ sine causa ab
 antiquis philosophis cœlestis & diuinus cre-
 ditus est, in lib. de Repub. pluribus rationi-
 bus & argumentis indicat in ciuitatibus po-
 litiorum hominum conseruari societatem,
 cum ciues quantumuis cæteris præstantio-
 res aliorum moderatores fieri neque cu-
 piunt, neque volunt; etiam consulendæ Rei-

In Aie
ca. flagel
lifero.

O pub.

pub. causa, & pro communi commodo, & singulorum utilitate. Sed quærent potius qui velint. Qui si in rem populorum iudicio uniuersi ordinis ad regendum assumantur, assensum cohibent, nec conquiescunt nisi causis antecedentibus & necessarijs postulantis. Ac ita demum ægriori animo, ac quodammodo recusantes administrationem suscipiunt, velut rem arduam & difficilem compluriū inter se pugnantium & dissidentium iudiciorum, & negotium innumerabilibus molestijs, operosisque laboribus implicatum. Quod enodatius Plato ex sua vi eloquentiæ expressit, quā à quoquā recēferi possit. sic enim inquit

Dial. 1 de Re-pub. εἶθεν κινδυνεύει τὸ ἐκόντα ἐπὶ τὸ ἄσχειν γίνασθαι ἀλλὰ μὴ ἀναγκῆ, ἀισχρὸν νενομίσθαι. ἔπειτα κινδυνεύει πῶλιν ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο περιμάχητον ἄν εἶναι τὸ μὴ ἄσχειν ὥσπερ νῦν τὸ ἄσχειν καὶ ἐν ταῦτα ἄν καταφανὲς γένεσθαι ὅτι ὁ τῶ ὄντι ἀληθινῶς ἄσχεων ὅου πέφυκε τὸ αὐτῶ συμφέρον σκοπεῖσθαι ἀλλὰ τῶ ἀεχομένῳ. **Que** verba hūc in modū latinè reddi possunt. Vnde opinor, turpe cēferetur ad imperiū vltro non autem coactè accedere. Nam si forte ciuitas è bonis viris constaret, de non imperando, sicut nunc de imperando certaretur, atque ibi manifestum fieret, quod qui legitimè præest, non suis, sed eius qui præest, utilitati-

bus

bus prospicit. ERON. Quàm id (Deus bone) consimile est sententijs, præceptisque sanctorum, qui Principatum apostolorum tunc rectè administrari docent, cum nemo ad illum accedit nisi coactus. Sed perge sententias philosophorum proferre. LATHRO. Rursus occurrit ipse Plato, qui in lib. de Repub. scribit magistratus hominibus dandos non esse dominationem appetentibus, ne similtas inter æmulos oriatur. Putabat enim vir doctissimus, idemque princeps omnium philosophorum, ciues tam procul ab inuidia, & seditio-nibus permanuros, quàm longè abessent à cupiditate dominandi. Immo in hominibus qui nulla huiusmodi sollicitudine afficiuntur, sedem & fundamentum ponit iustitiæ suæ Reipub. Iniustitiæ verò contra, cum in Imperiorum, honorum, gloriæque cupiditatem inciderint, quæ iustitiæ semper est inimica. Facillimè enim ad res iniustas impelluntur, qui sunt altissimo animo & gloriæ cupido. Isocratem etiam scripsisse memini de præclaris Areopagitis particulatim, quod Plato ait in communi. videlicet fuisse tempus quo ab imperij potestate & studio magistratum

Dialo.
citate.

In Are
opagite
co.

iudicium huius hominis, qui complexione suam hac auctoritate collectū iri arbitratur. ERON. Quòd si in errorem inducitur, quomodo conuincis? LATHROB. Præcisè negādo ab huiusmodi auctoritate hūc sensum elici posse. Censet enim Zosimus minores ecclesiæ ministros, nēpe Subdiaconos, Diaconos, Presbyteros tāto semp̄ debere meliora sperare, quāto meliores sanctioresq; fuerint, neq; animum abijcere, aut defatigari in via Domini, quandiu versantur in laboribus, & periculis huius vitæ: sed quotidie magis, ac magis proficere, donec progressu, accretioneq; virtutum promerere possint, vt ab omnibus vel ipso summo pontificatu dignissimi censeantur. Quam sententiā Caius Martyr, & Pont. magis propriè expressit: nam proprietate vocabuli, Mereō, faciliorem reddit. Si quis (inquit) Episcopus esse meruerit, primò Ostiarius, deinde Lector, post Exorcista, deinde sacretur Acolytus, de hinc verò Subdiaconus, Diaconus, & postea Presbyter: exinde si meretur, Episcopus ordinetur. ERON. Quòd si auctoritas Zosimi permetteret Episcopatū sperare, eo modo, ac sensu quemadmodū

Apud
Damasum
in
Ponti-
ficali.

Dis-

Disputator affirmat, ad id concludendum pro eius sententiā valeret? LATHRO. Nihil minus. Nam non vnicuique, nec quomodocunque permiffum esset, sed paucis admodū & multis (vt dictum est) antecedentibus meritis & officijs. Quæ res vt manifestò appareat audi quæso, & nota diligenter quomodo se habet testimoniū Zosimi, quod in regulis ita scriptum est ad verbum. In singulis gradibus tēpora sunt obseruanda, in quibus si clericus in culpate se gesserit, suffragantibus sibi meritis poterit Sacerdotium promereri: de quo loco si eum exacta ad bonos mores vita perduxerit, summum pontificatum sperare debet. Quibus verbis qualem esse oporteat vnumquēq; vt Pontificatum speret, ostendit: nimirum exacta vita, id est, per omnem actā ætatē expleta atq; perfecta. Qua præditi sunt ij, qui absq; vllō crimine in vsu sacrorū muniōrū versati sunt, & vsque versantur, quiq; fluxis cupiditatibus huius seculi nō repugnanter obsistunt, nec cum labore rationi se obedientes præstant: denique qui præstantiorem humana sorte nacti sunt vitam, & mentem diuinæ altitudini cæteris propin-

Dist. 75
& dist.
59. ca.
Si officia.
et 8.
q. 1. cap.
qui Episc.

Dist. 36
cap. qui
Ecclesi.
dist. 37.
c. de quibusdā.
et
dist. 39.
cap. Petrus
diaconus.
et c.
Sacerdotes
oportet.

quio-

quiores, qua ad illius contemplationem se attollentes, in ea solum, omnibus humanis laxamentis despectis, gloriantur & conquiescunt. Sed admodum pauci ad hanc vitæ excellentiam accedunt, quibus ad eam dignitatem aspirare sit datū. Illum igitur, cuius virtus tam exacta & cumulata non est, ad tam præstātem Dignitatem aspirare non decet.

*Dist. 59
ca. 10* Sicut idem alio in loco præcepit his verbis, Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem nō est imbutus, nec temporum approbatione diuinis stipendijs eruditus, nequaquam ad summum Sacerdotium Ecclesiæ aspirare vel præsumere debet. Quod etiam scripsit Urbanus ad tollendā potius talem appetentiam, quā ad inducendam. nam hanc innaturas hominum obsequio suarum cupiditatum prauè affectos inducere, opus nō erat. Cuius verba sunt hæc, Ad sacerdotale officium, nisi per singulos gradus approbatus accesserit, & ut nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia antea acta testentur, nullus summi Pōtificis iure locum sperare debebit. In qua doctrina Cyprianus consentit, qui Corneliū quendam Episcopum pleniori ore commen-

*Dist. ca
de. ca. si
officia.*

*Libr. 4
epist. 2.*

dat,

dat, quia ad Episcopatum commodè peruenit in singulis ætatibus approbatus, & in ecclesiasticis functionibus assiduè exercitatus, & ritè per oēs sacros ordines instructus more tyronum & discipulorum, qui quotidie palestras & gymnasia discendi studio frequentant. Si autem quis appeteret ante magister esse quā discipulus, aut miles veteranus quā tyro, primū ab arrogantiae suspitione non vacaret: deinde si huiusmodi personam publicè profiteri non dubitaret, multis, grauissimisque periculis se implicaret. Quod cogitant mihi (si licet paululum digredi de proposito) nullus iure videtur ad cathedram pōtificalem posse peruenire, nisi qui se in minoribus ecclesiæ munijis antea diligenter exercuit. Fieri enim nullo modo potest ut sublimioribus administrationibus rectè præsit, qui humilioribus inseruire non didicit. Quade causa olim ad regni gubernacula assumebantur pastores, ut cum in folio collocati essent, præteriti temporis conditionem memoria retinerent, & commodius regnum administrarent, ut qui prius pecudes gubernassent, quarum præfectura similitudinem

P quan-

quandam, & quasi præludium habere videbatur ad regnum. Et Syluester promotis ad sacros ordines constituit tempus se exercendi in vno quoque, antequam ad altiore gradum ascenderent. Sed reuertamur ad auctoritatē Zosimi, vnde digressi sumus, quæ multo magis nostræ quam eius opinionem fauet. Nam si pontificatum ex meritis nostris nos sperare posse ostendit, nostrorum meritorum iudicium pro eo sperando conscientiam nostram relinquit. Quod duabus præcipue rationibus facere videtur. Primum, vt quanto re vera perfectiores sanctioresque sumus, tanto in nos iudices acriores & seueriores simus, memores nostrorum scelerum magis, quam meritorum. qua de causa non Amplissimo sacerdotio solum, sed omni alia dignitate nos indignos esse ducamus. Deinde vt superbi atque inflati, qui supra sortem conditionemque propriam magnos conatus sibi pollicentur, & ad omnes honores, & potestates optime ipsi sibi videntur instructi, in omnium conspectu manifesti fiant, secundum illud; In vanitate apprehenditur peccator, & superbus. Quippe cupiditas & superbia a deo sunt vincu-

vinculo nefariæ amicitiae copulata, vt prorsus nunquam cupidus sine superbia, vicissimque superbus sine cupiditate reperiatur. Cui vitio primum obnoxij sunt homines imperiti & inexercitati, qui crassa quadam ingenij simplicitate sibi persuadent in Ecclesia suo ministerio, atque præsidio opus esse. Deinde temerarij & inconsiderati, qui in se admirabilem existimationem suæ propriæ virtutis concipiunt, qua rapiuntur præcipientes sensu suo in has elationes animi superbissimas. Post ambitiosi, qui cum regula iudicij aperte cognoscant atque intelligant valde esse flagitiosum & turpe, sanctissimas dignitates ad commoditatem & lætitiā consecrari; nihilominus tanta cupiditate sensus aguntur, vt suis appetitibus inseruire malint quam recte, & honeste rationi parere: velut illa Medea, quam loquentem hoc modo referunt in tragœdia.

Scio me hercule, quod scelus factura sum:

Meis sed ira est consilijs potentior.

Quamobrem ego arbitror Zosimum ex industria huiusmodi vocabulo, [Sperare] vsu esse, ad minuendum nimirum sollicitudinem

P 2 nostro

Ex Euripid.
Medea.

nostrorum affectum. Nam spes earum rerum quæ non sunt summo opere commode & perfectæ ad comparandam gloriam sempiternam, quippe quæ non absolute necessario propter liberas hominum voluntates ad summi boni consecutionem conducunt, quamuis sint in bono vti propria materia constitutæ, quantumuis licet excellant in terris, vt Episcopatus & summus Potificatus, quibus carere possumus absque culpa, versatur circa mediocritatem, & moderationem animorû. ob idque anxie, & magna cura atque studio sperandæ non sunt: sed maxime admodum remisse, & cum consilij gubernatione, quæ affectionem animi moderetur & comprimat. Atque hoc pacto dignitates sperare, nolle desperare est, non velle sperare. ERON. Præclare sanè atque exquisitè (o Lathrobi) sed satis iam disputatû sit. quoniam inclinât ad occasum dies, & aër vespertinus huius loci, iuxta ac matutinus nocet, maxime cerebro. LATHR. Surgamus ergo, & abeamus: ne quo periculo sanitatis ad nostra tabernacula quæ sunt in mediâ sylua perueniamus serò: & præmittamus argumentum, quod Disputator affert

sub

sub Quæstionis finem. Quamuis ego libenter recitarem, ne Ipse data opera prætermisum esse putet, præsertim quia tantum habere efficacitatis affirmat, vt eo nõ solum probari dicat, licitum esse appetere Episcopatû, verum etiam expedire. ERON. Si non libenter prætermittis celeriter percipere potes in via quod tecum loquor confidentius, nempe si placet, & si tibi ita videtur. LATHROB. Profectò placet, & videtur. vt hoc vno q̄ restat argumento perfractò, tota prorsus Quæstio terminetur. Quare non contètè, sed remissè ac molliter ambulemus. Nam ad semitas vnius cuiusq; nostrum ista cõmunis via brevis est. Argumentum igitur, quod sibi reseruauit in extremo loco suæ Scriptionis, verisimilitudinem obtinet, etsi efficiendi id quod cõcludit, vim nullã habet. Estq; ex ijs quæ. D. Tho ^{2. 2. q.} ^{185. ar.} ^{1. arg. 2} mas in summa theologiæ quam confecit, ad huius rei disceptationem adducit. Episcopi (inquit) perfectione status præstât cæteris religiosæ vitæ. nam qui statutis regulis in sacris habitationibus necessitudine contubernij religionem colunt, ipsorum exemplo ad suas actiones, & conatus magis quotidie excitantur,

tur,

tur, & vigent. Sed studio perfectæ virtutis desiderare institutum religiosorum licitum est: igitur ex eadem ratione, & causalitum erit appetere Episcopatum. ERON. Si finis nostræ voluntatis semper perfectio virtutis esset, non autem aliquid prave affectionis tegumento virtutis coopertum, quod quotidianum est, & improborum consuetudine inueteratum, qui, Aristippeorum more, omnia ad suum commodum referunt; verisimillimum mihi videretur argumentum. Cum autem Episcopatus sub hac specie perfectionis cõtectum habeat quod profuturum est cupiditati, id est usum fructum bonorum Ecclesiæ quem præ se gerit, & dignitatẽ, quẽs plerique omnes ad appetendum impelluntur in vitium, non procedit: & prorsus eandem vim habere videtur, atq; illud quod paulò ante recitasti. quo Disputator ostendebat propter ascensum ad virtutem ampliorem appetere Episcopatum honestum esse. Quare, quoniam ab eo non discrepat, eadem responsione cõtenti sumus. LATHROB. Nec vim, quam habet hoc Argumentum, amice Eron, isthæc tua responsio satis infirmat, nec prorsus sufficit, quæ paulò ante

ante allata fuit ad quod dicis. Namquamuis primo aspectu eandem similitudinem habere videantur inter se, tamen non tam existunt eiusdem modi, vt non secus ad hoc, quàm ad illud respondere necesse sit. Quocirca oportet dissimilẽ respõsionem afferre. Et hinc iam initio quid differat. Episcopatus & Religio quatenus pertinent ad statum perfectionis, videndum est, vt facilius ex distinctione argumenti dissolutionem assequamur. Itaque sciendum est, quòd aliter Episcopatus status perfectionis nuncupatur, quàm ipsa Religio: nam ille dicitur status perfectionis agendo, quòd summam virtutem quam habet in se, transfundat in alios. Hęc autem è contra, quoniam versatur circa perfectionem, quam in se recipit patiẽdo. Et hac de causa laudabile est, quum quis Religionis desiderio teneatur. Nihil enim est magis aptum vt consequi valeamus imitationem perfectæ virtutis, quàm si vitam vel maximè in adolescentia, aut iuuentute quando regnat feruor ætatis, quo acrius ad corruptelarũ illecebras incitamus, ad regulam alicuius Religionis, quæ nobis magis coueniat, dirigamus. In qua iccirco homo

homo non solum bonus, verum etiam perfectus effici dicitur, quoniam non tam vniuersi cuiusque Religionis est hortari suos ad obseruandum mandata Dei, & Ecclesiae quae omnibus sunt obseruatu necessaria, nec a quocquam ad arbitrium suum omitti possunt absque facinore capitali: sed etiam consilijs euangelicis quae non habent praeccepti vim, & legibus in canonicis libris traditis, quibus parere non cogimur, mirum in modum reddere meliores. Excitat enim eos qui nuper se ad illam applicarunt, primum ad desiderium salutis aeternae secundum illud Apostoli, Non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Deinde docet quod si velint proficere in via domini, & diuina gratia augeri, necesse sit eos vehementer status prioris vitae poenitere iuxta illud Ezechiae, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Ad haec inflammat ut omnes humanas affectiones abijciant & contemnant, & solum ad virtutem omnibus modis diligenter incumbant secundum illud Iesu Christi, Si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem

Ad Ro. cap. 8. c. 18.

Isaie. c. 38. c. 15.

Luc. c. 14. c. 26.

&

De Appetitione Episcopatus. 59

& uxorem, & filios, & fratres & sorores, ad huc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Demum eos ad perseuerantiam adhortatur illa praecleara sententia, Bonum autem facientes non deficiamus. tempore enim suo metemus non deficientes. Quoniam ergo institutum horum religionum in hac ipsa perfectione conquiescit, ad quam obtinendam solennivoto se obstringunt, a fine status perfectionis nominatur: quem ego ab ipsa actione, quae ad nanciscendam perfectionem fit (sicut Apostolus inquit, Non quod iam comprehenderim, aut iam perfectus sim, sequor autem, si quomodo comprehendam.) cursum, progressumque proprio nomine nuncuparem, nisi maior ab eadem actione statum appellare, quam viam: quia circa exercitationem perficiendi hominem usque versatur. Iccirco quamuis viri isti religionum colentes meliores in hominum genere virtutis perfectione sint, tamen non sic regulis perfectionis tenentur ut nisi existant re ipsa perfecti, omnisque contagionis prorsus expertes mentiantur inani ostentatione constitutionem religio-

Mat. c. 10. c. 37

Ad Gal. lat. ca. 6. b. 9.

Ad Phil. lip. ca. 3. d. 12.

Q nis

nis quam profitentur, sed sufficit ut instituto semel suscepto constanter subiecti sint & pro virili ad perfectionem, quæ ad summi boni consecutionem magis ac magis conducere potest, semper intenti. Quippe Religio nihil aliud est nisi seminarium quoddam bonorum, quæ eam colentes ad bonum ipsum nempe beatitudinem magno conatu, studioque, quoad cum corpore viuunt, sibi comparare nituntur, quamuis adeptionem illorum non perinde perfectè ac cõmodè consequantur. Episcopi verò non item, quia in eo loco sunt in quo non tam exercitatio inest, quàm omnium virtutum absolutio, perfectioque. Atq; ob id ad Timotheũ scribit Apostolus: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. et rursus ad Titum, Oportet Episcopum sine crimine esse. Quem locum Innocentius illustrans hoc etiam adiecit. Non quòd eo tantum tempore quo est, ordinandus sit sine vlllo crimine, & præteritas maculas noua conuersione diluerit, sed quòd ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nullius peccati cõscientia mordeatur. Et statim subiicit rationem: Nam (inquit) quo-

quomodo potest antistes Ecclesiæ auferre in alium de medio qui delicto simili corruit? aut qua libertate peccantem corripere, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse quæ corripit? Demum concludit ordinandos Episcopos, non solum tempore quo ordinandi sunt, sed etiam toto tempore à baptismo castos, & puros, atque ab omni crimine immunes esse debere. Et ideo D. Gregorius ad Episcopatum nolentem, non appetentem trahendum esse monet dum ait, Ille ad Episcopatum exemplum vitæ perfectæ pertrahatur, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritualiter viuit, qui prospera mundi postponit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interna desiderat, qui pietatis visceribus affluit, qui citius flectitur ad ignoscendum, qui orationis vsu & experimento iam didicit, quòd à Domino obtinere possit, quæ poposcerit. Nam si homo apud hominem non sibi familiarem erubescit fieri intercessor: qua audacia intercessoris officium arripit apud Deum, qui per merita vitæ ei se familiare nescit? Quòd si in exercitatione perfectionis & sanctitatis duntaxat reponere-

In part.
cap. 30.

tur,

Lathrobius, vel

tur, quemadmodum arctius religiosæ vitæ institutum, de nullius parta, ac comparata virtute contenderetur: sed vnusquisque tam eximiæ virtutis amore omni cura atque industria contendere posset non tam vt appeteret, quàm vt obtineret. Nunc verò propter perfectionē amplissimi status nisi omni ex parte perfecti simus, quod non ex facultate nostra, sed instinctu Spiritus sancti aliquo modo cognoscimus, in eo expetendo inanis arrogantia crimem vitare non possumus.

FINIS.

INDEX

LOCORVM SACRATAE
SCRIPTURAE, SENTENTIARVMQVE
sanctorum quæ toto Dialogo excutiuntur, &
explicantur.

- E**cclesiastici. cap. 5. a 5.
De propitiato peccato noli esse sine metu. *explicatur fol. 8. li. 19*
Isaiæ Cap. 6. b 9.
Ecce ego, mitte me. *excuitur fol. 13. fac. 2. li. 5. explicatur fol. 15. li. 8.*
Ieremiæ cap. 1. a 6.
A, a, a Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *fol. 38. lin. 19.*
Matthæi cap. 5. b 15
Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita. Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. *excuitur fol. 27. fac. 2. li. 7. explicatur fol. 30. lin. 7.*
Eiusd. cap. 10. a 1.
Et vocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem. *fol. 48. lin. 14.*
Marci cap. 3. b 13.
Et ascendens in montē vocauit ad se quos voluit ipse. *ibidem li. 9.*
Lucæ cap. 6. b 12.
Exiit in montē orare, & erat pernoctans in oratione Dei: & cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis: quos & apostolos nominauit. *codem fac. 2. lin. 10.*
Eiusd. cap. 8. e 39.
Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. *excuitur fol. 27. fac. 2. li. 16. explicatur fol. 31. fac. 2. lin. 1.*
Eiusd. cap. 17. c 10.
Omnia cum feceritis, dicite serui inutiles sumus. *fol. 25. fa. 2. li. 21*
Ioannis cap. 15. c 16.
Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt catis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. *fol. 48. lin. 22.*
Eiusd. cap. 21. b 15.
Dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis, diligis me plus his? *dicit*

INDEX

- dicit ei, etiã Domine tu scis quia amo te. fol. 48. mendo typographi.
fac. 2. lin. 9.
- Act. cap. 20. f. 28.**
Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei. fol. 47. mendo typographi, lin. 11.
- Ad Rom. cap. 12. c. 15.**
Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? eodem, fac. 2. lin. 5.
- Eiusd. cap. 12. b. 17.**
Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. excutitur fo. 27. fa. 2. li. penult. exponitur fo. 31. fa. 2. li. 3.
- Ad Timoth. 1. cap. 3. a. 1.**
Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. obijcitur fol. 3. fac. 2. lin. penult. exponitur fol. 7. lin. 1.
- Ibidem.**
Oportet ergo episcopum irreprehensibile esse. fol. 59. fac. 2. li. 15.
- Ibidem. a. 5.**
Qui domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesie Dei diuigentiam habebit? fol. 52. fac. 2. lin. 11.
- Ad Titum cap. 1. a. 7.**
Oportet enim episcopum sine crimine esse. fol. 59. fac. 2. lin. 17.
- Ad Hebræos cap. 5. a. 4.**
Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. fol. 48. mendo typographi, lin. 5. & fol. 50. fac. 2. lin. 19.
- Gregor. in pastor.**
Humilitas ante Dei oculos vera est, quæ quod humiliter subire præcipitur non recusat. fol. 17. lin. 21.
- August. 19. de ciuit. Dei.**
Otium sanctum quærit charitas veritatis. negotium iustum suscipit necessitas charitatis. eodem lin. 10.
- Eius. ad Eudosiũ.**
Si aliqua opera vestra mater ecclesia desiderauerit, nec elatione auda suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis. eodem lin. 16.
- Eiusd. ad Eundem.**
Neq; otium vestrum necessitatibus ecclesie præponatis. eodem li. 19.
- Bernard. super Cant. serm. 18. & 58.**
Tu autem frater qua dementia aliena aut curare cupis, qui nondum adeptus es plenam charitatem: aut acquiescis cui adhuc nulla,
aut

INDEX

- aut tantula charitas non est? fol. 7. fac. 2. lin. 23. & fol. 48. mendo typographi, lin. 15
- Martini precatio ex vita per Seuer.**
Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. obijcitur fol. 19. lin. 12. explicatur eod. lin. 18.
- Francisci instigatio diuinitus immissa ex vita per Bonauent.**
Ne sibi soli viueret, sed alijs proficeret. excutitur fol. 22. lin. 4. explicatur eod. fac. 2. lin. 5.
- Thomæ 2. 2. q. 185. art. 1. in Respons.**
Potest absque præsumptione quilibet appetere talia opera facere, si eum contingeret in tali officio esse: vel etiam se esse dignum ad talia opera exequenda, ita quod opus bonum cadat sub desiderio. explicatur fol. 4. fac. 2. lin. 6. & fol. 24. lin. penult. obijcitur autem fol. 20. fac. 2. lin. 3.
- Zosimi Papæ ad Isichium epist. 1.**
In singulis gradibus tempora sunt obseruanda: in quibus si clericus inculpate se gesserit, suffragantibus sibi meritis, poterit sacerdotium promereri: de quo loco si eum exacta ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum sperare debet. excutitur fol. 52. fac. 2. lin. 23. explicatur fol. 53. fac. 2. lin. 6.

FINIS.

INDEX
**EORVM QVAE IN HOC
 DIALOGO SCITVDIGNA**
 videbantur.

A

A Doleſcētia & iuuentus ætas
 maximè lubrica. Fol. 58.
Aeneas Syluius, qui & Pius II.
 abſque detrimento ſuz famæ
 retractauit errorem. fo. 3.
Ambitioſi qui. fo. 56.
Anbroſius, impulſu Valentinia
 ni, epiſcopatum Mediolanen
 ſem ſuſcepit. fo. 39.
Ammonius Anachoreta veritus
 ne qua dignitas ſibi daretur,
 dextram ſibi auriculam abſci
 dit. ibidem.
Apoſtoli accerſiti, non ſua ſpon
 te ad apoſtolatum acceſſerūt.
 fol. 48.
Appetentes quæ in aliorum po
 teſtate ſunt fruſtratur duplici
 ter. fo. 10. p. 2.
 Ijdē in tria vitia incurrūt. f. 11.
Appetentes virtutem nullo mo
 do fruſtrantur fol. 10. p. 2.
Appetētes exiſtimari ſe dignos
 epiſcopatu, valde peccant. fo.
 11. p. 2.
Appetentes epiſcopatū qua vi
 atque impul. u magna ex par
 te mouentur. fo. 18. p. 2.
Appetere ep ſcopi opera facere
 ſi cui eſſe contingat epiſcopo
 licet, ex Thoma. fo. 4. p. 2.
Appetere à petere & procurare

quomodo di ſerat fo. 13.
Appetere epiſcopatum omnino
 non licere, quam ob cauſam
 Tho. affirmet. fo. 32. p. 2.
Arcopagitæ inuiolatè ſe abſtine
 bāt à ſtudio dominādi. fo. 52.
Argumētum à parte generis ad
 totum eſt ineptum. fo. 32. p. 2.
Argumentum à diuerſis ſpecie
 bus & differentijs concludit.
 fol. 34.
Ariſtippi omnia ad ſuum com
 modum referebant. fo. 57. p. 2.
Arrogantis eſt prius magiſter eſ
 ſe velle, quā diſcipulus. fo. 55.
Auguſtinus de ſuis erratis libel
 lum conſcripſit. fo. 3.
Idem ne epiſcopus eligeretur,
 latebris ſe occultabat. fo. 40.
Idem de ſalute ſua valde time
 bat, quòd onus formidoliſſi
 mum ſuſtineret. ibidem.
Idem epiſcopatum Hipponen
 ſem coactè ſe excepiſſe teſta
 tur. ibidem.

B

Beneficium conuerſionis ad
 euanglij gratiam, Chriſtus
 ex eo quod Geraſeno præce
 pit, ab omnibus voluit prædi
 cari. fol. 51. p. 2.
Bernardinus Senenſem, Ferra
 rienſem, & Vrbinatem epiſco
 patus oblatos neglexit. fo. 41.
 Eiuſdem elogium quo ſe excu
 ſabat. eod. p. 2.
Bernardus adduci non potuit vt
 Genuenſium, & Mediolanen
 ſium epiſcopatus oblatos acci
 peret. fol. 41.
 Eiuſdem excuſatio qua in illis
 recuſandis vtebatur. ibidem.
Bona non perinde agenda pri
 uatim, ac publicè. fo. 31. p. 2.
Bonorum laborum glorioſus eſt
 fructus. fo. 33.
Bruno Carthuſianæ religionis
 autor, noluit archiepiſcopus
 ordinari. fo. 42.

C

Charitas iuſtificationis eſt
 cauſa. fo. 48. p. 2.
Charitatis cōmendatio. eod. p. 1.
Charitatis ne quid minimum pol
 liceri nobis poſſumus, quādiu
 viuimus, ne dum eius augmen
 tum. eod. p. 2.
Chriſtianæ religionis dignitas.
 fol. 50.
Chriſtus priuſquam apoſtolos
 ex ijs qui ipſum aſſectaban
 tur eligeret, totam noctem de
 precatuſ eſt Patrē. fo. 48. p. 2.
Claudianus præſby. Vien. præco
 nium quod Eucherio tribuit.
 fol. 40. p. 2.
Claudius Aquiniuſ ne promo
 ueretur ad cardinalatum reli
 gione ſe obſtrinxit. fo. 44. p. 2.
Claudius Iaius Tergeſtinentem
 epiſcopatū recuſauit. f. 43. p. 2.

I N D E X.

Cœleſtinus Ro. Pont. creatuſ e
 ſolitudine Romam aſporta
 tur. fo. 30. p. 2.
Conſiliarij regis exploratum ha
 bere debent, An liceat appe
 tere epiſcopatum, quo rex in
 conſilio capiendō viros ido
 neos ad epiſcopatus eligat. fo.
 1. p. 2.
Cōtemptio ampliſ. dignitatum
 vitioſa ſpecie ſimulatę religio
 nis eſſe non poteſt. fo. 45.
Contemptores epiſcopatus plu
 res in vnū congeſti. fo. 42. p. 2.
Contemptores dignitatum ex re
 ligione clericorum ſociet. Ie
 ſu. fo. 43.
Cornelius epiſcopus quare à Cy
 priano magnificè commenda
 tur. fo. 54. p. 2.
Cupiditas & ſuperbia vnum eſt
 malum. fo. 55. p. 2.
Cupiditati, quæ in falſa perſua
 ſione noſtrorum meritorū po
 ſita eſt, obnoxij ſunt imperiti,
 temerarij, & ambitioſi. fo. 56.

D

Demonactis ſententia de co
 gnitione ſui. fo. 12. p. 2.
Demōſthenis ſententia de rebus
 poſtulādis à Deo. fo. 50. p. 2.
Dialecticæ officium. fo. 5.
Dignitas ſequi virtutem, non ap
 peti debet. fo. 36.
Dignitatem appetere vitioſum.
 fo. 33.
Diſputator ſuppreſſo nomine
 blandè tractandus. fo. 2. p. 2.
Diſputator. N. ſcriptū ſuum de
 R appe

I N D E X.

appetendo episcopatu, non operatypographorū, sed amanuensium industria diuulgauit. fol. 1. p. 2.
 In eodem scripto cōcludit, licitum esse appetere episcopatum. fol. 2.
 Idem syncerè potuit hanc opinionem tenere, si non fuit stimulus ambitione. eod. p. 2.
 Idem in scripto suo labi cupiditate & cōsilio existimatur. fo. 34. p. 2.
 Disputatori. N. ingrātū est opinionem suam reprehensum iri fo. 2.
 Disputatoris. N. scriptū artificio se confectum, scilicet. fo. 3. p. 2.
 Eiusdem argument. otium est fugiēdū, ad affirmationē episcopatus non sequi, fo. 33. p. 2.
 Docti quandoq; errant, sed postea retractant errorem. fo. 3.
 Dominus est qui iudicat. ibidē.
 E
 Ecclesia nullum virum sanctum laudat, quod episcopatum optauerit, vel ad aliorum vtilitatem. fo. 19.
 Ecclesia habet ministros in vmbra culis permultos, qui melius ministerium eius implent, quàm qui clara in luce versantur. fo. 29. p. 2.
 Ecclesia eos sanctos ad imitandū nobis proponit, quorum voluntas fuit ab episcopatu remotis. fo. 37. p. 2.
 Ecclesiæ gubernandę studio qui

aulas regias, vel coctū hominū frequentant, peccant. fo. 26.
 Ecclesiæ curam nō est habiturus qui animam suam legibus moderare nequit. fo. 52. p. 2.
 Ecclesiæ ministri tāto debent meliora sperare ministeria, quanto meliores extiterint, ex Zosimo. fo. 53. p. 2.
 Hoc idem Caius enodatiūs expressit. ibidem.
 Electi ad episcopatum si in se appetitionem, vel impedimentū aliud non agnoscunt, acquiescere possunt. fol. 8.
 Electi episcopi initio recusare debent, qui non recusant nec ingenui nec modesti. f. 21. p. 2.
 Et distinctiūs. fo. 26. p. 2.
 Electores episcoporum de multis tenentur eligere magis aptum. fo. 7. p. 2.
 Elpidius è societ. Iesu præceptor Autoris. fo. 47.
 Episcopatu tria insunt. f. 20. p. 2.
 Episcopatum nullus desiderare debet, quia nullius quicquā de suo merito affirmare potest. fo. 6. p. 2.
 Episcopatum rectè gubernant, qui coactè suscipiunt. fo. 52.
 Ad episcopatum ritè non accedit, qui se in alijs ecclesię ministerijs non exercuit. fo. 55.
 Ad episcopatum quales eligendi sint, ex Grego. fo. 60.
 Episcopatus appetendus nō est, conuersatio melior desideranda est, ex Chryso. fo. 4. p. 2.
 Episc-

I N D E X.

Episcopatus est opus religionis nostræ primarium, & exēplar perfectę virtutis ad imitandū. ibidem.
 Episcopatus est nomen operis. fol. 21.
 Episcopatus ad omnes ecclesiasticas functiones extenditur. fol. 24. p. 2.
 Episcopatus officit appetētib. fol. 37.
 Episcopatus qualē hominem requirat. fo. 37. & 45. p. 2.
 Episcopatus cōtētū habet quod profuturum est cupiditati. fo. 57. p. 2.
 Episcopatus distat perfectione à statu cuiusuis religionis. f. 58.
 Episcopatus natura. fo. 26. p. 2.
 Episcopatus perfectionē quisq; per imitationē assequi potest, vt talis sit, qualis episcopus esse deberet. fo. 36.
 Episcopatus appetentes virtutē non appetunt. fol. 37.
 Episcopatus appetentes quales esse oporteret. fo. 48.
 Episcopi honoratiores cathedras appetētes non solūm ijs secludi, sed à proprijs arcedi sunt. fol. 10.
 Episcopi obligantur iure iurādo vt vel à contemplatione se ad salutem animarum abstinēāt. fol. 20.
 Episcopi hominum omnium generū præstātissimi. eod. p. 2.
 Episcopi ab hominibus electi, quomodo dicantur in episco-

patu à spiritu sancto positi. fo. 47.
 Episcopi ephesij, quos ad se Paulus accersuit, quales. ibidem.
 Episcopi malunt iudiciarijs & familiaribus negocijs implicari, quàm munus prædicationis exercere. ibidem.
 Episcopi perfectione status præstant religionum colentibus. fol. 57.
 Ex eadem causa episcopatū appetere criminofum. fo. 60. p. 2.
 Episcopi in loco sunt in quo nō est tantū exercitatio, sed omnium virtutum absolutio. fo. 59. p. 2.
 Episcopos sine crimine esse oportet, non solūm quo ordinādi sunt tempore, sed à baptismo. ibidem.
 Episcopus quid sit, & nominis etymologia. fol. 4. 36. & 37.
 Qualis esse debeat. ibidem. & fo. 5. p. 2. & fo. 35. p. 2.
 Episcopus est ecclesiæ condimentum. fo. 25.
 Euangelicę perfectionis sectatores externa omnia quum benè agunt, quantū maximè possunt contendere debent vt negligant. fo. 29.
 Euangelij professores an latere debeāt, vel inter homines versari. fo. 27.
 Euangelij professio non in conspectib⁹ hominum, sed in affectibus animi sita est. fo. 28. & 29. p. 2.

I N D E X.

Eucherius in spelunca cœlesti numine repertus, episcopus creatur. fol. 30. p. 2. & fol. 40. p. 2.
 Euripidis sententia de non appetendis diuinis honoribus. fol. 50. p. 2.
 Exempla sanctorum in rebus duobus quid vel cauere, vel sequi debeamus ostendunt. fol. 46.
 Exempla sanctorum, summorumque virorum qui episcopatus oblatos recusarunt. fol. 37. p. 2.
 Exempla contemnentium episcopatus Disputator. N. ad virtutis incrementum refert, & ad Christianæ vitæ simplicitatem id quod & illū fateri cogit nō esse episcopatum appetendū. fol. 45. p. 2.
 Expositio locorum sacr. Scrip. ex interpretibus eiusdem, & sanctionibus Ro. Pont. est bona. fol. 6.
F
 Felix presby. Nolens episcopatum recusauit. fol. 41. p. 2.
 Ferdināus Paternō auersus ab episcopatu ex elogio patris sui demonstratur. fol. 44.
 Fœnū in cornu habere. fol. 2. p. 2.
 Francisci exemplo docemur eligere opus officij pro studio captūq; nostro. fol. 24. p. 2.
 Franciscus ab oraculo diuino instructus vt sibi soli ne viueret. fol. 22.
 Idem ob eam causam non solū non appetiuit episcopatum, verum etiam declinauit. fol. 24.
 Franciscus Borgia ad res agēdas aptissimus. fol. 43. p. 2.
 Idem Cardinalatum neglexit. ibidem.
 Frustrari re appetita acerbum. fol. 10.
 Frustrari sequitur non honesta appetentem. cod. p. 2.
G
 Gaudet in sinu suo. fol. 29.
 Gentiles tulerunt legem ambitus, de quo Romæ S. C. factum est. fol. 14. p. 2.
 γηγ' αὐτῶν ἁπ' ὀνεία. fol. 33.
 Glossa legum pro lege habetur. fol. 50.
 Eiusdem persubtilis sententia de episcopatum appetētibus. ibidem.
 γνῶθι σεαυτῶν fol. 23. p. 2.
 Gregorij terribile dictū de episcopo electo, & ecclesiā gubernante. fol. 8. p. 2.
 Gregorius fugiens pontificatum fuit diuino numine repertus. fol. 3. p. 2.
 Idem inuitus Ro. Pōt. creatus est. fol. 40. p. 2.
 Gregorius cognomento Theologus pōtificatus se abdicauit. fol. 39.
 Guillelmus Raynaldus Cardinalis electus, ex claustrō suæ religionis dimoueri se non permittit. fol. 42.
H
 Heraclitus quare omniū suæ ætatis sapientiss. sc. 12. p. 2.
 Hieronymus inuitus à Liberio pres-

I N D E X.

presbyter ordinatur. fol. 39. p. 2.
 Hominum aliquando errare, folius Dei nunquam falli. fol. 3.
 Homo amicus, sed magis amica veritas. fol. 3. p. 2.
 Honor episcopatus quid sit, & quotuplex. fol. 21.
 Honorem Apostolus quare pro opere episcopatus accipiat. fol. 32.
 Honorum omniū summa in episcopatu consistit. fol. 48. & fol. 50. p. 2.
I
 Iacobus Laynetius Cardinalatum à duobus Ro. Pont. oblatum neglexit. fol. 43.
 Ieremias prædicationis officium deprecari conatus est. fol. 38.
 In eundem diuinum elogium. eod. p. 2.
 Imperiti qui. fol. 56.
 Industria cuiusuis hominis quod cunq; arduum comparari nō posse. fol. 23.
 Ingrati animi crimen horredum. fol. 47.
 Ingrati animi crimini nulla lex constituta. ibidem.
 In idem Elpidij distichō. ibid.
 Ioannes Chrysothomus inuitus ab Archadio ecclesiæ Cōstātinopolitanæ p̄ficatur. fol. 39. p. 2.
 Ioannes Ricafolus episcopatum recusauit. fol. 43. p. 2.
 Ioannes à Cerda dux Methymnæ cœli. fol. 44. p. 2.
 Isaia autoritas, Ecce ego. nō de notat episcopatum appetendum, sed voluntatem Deo paratam. fol. 15.
 Isaia exemplo monemur vt minus iniunctum à Deo, vel ab ijs qui eius personam obtinēt, cum omni alacritate suscipiamus. fol. 17. & 18.
 Isaia Deo se obtulit responso commonitus. fol. 16. p. 2.
 Idem à munere prædicationis abstinuit quoad potuit, & licuit. ibidem.
 Idem si id appetijse videretur, non tamen omnibus liceret. fol. 18. p. 2.
 Iura omnia episcopatus appetētiā prohibent. fol. 47. p. 2.
 Ius triplex. ibidem.
 Ius liberum quid. ibidem.
 Iusti vt suæ conscientie consulerent sanctitatis opinione exhortescunt. fol. 29.
 Iustitiæ fundamentum quod sit, & è contra, ex Platone. fol. 52.
 Iustus nullus a deo est, qui de Dei gratia formidare non debeat. fol. 8.
 Iustus verè non est, qui certò credit se iustum esse. fol. 25. p. 2.
L
 Labor, studium est multorum causa susceptum. fol. 22.
 Laudabile quid sit. fol. 20. p. 2.
 Laudari à laudato viro iucundum. fol. 1. & 5. p. 2.
 Laudationes iustæ effugiendæ. fol. 5. p. 2. & fol. 28. p. 2.
 Laurētius Iustinian⁹ coactè Venetiarum episcopatum excep-

I N D E X.

pit. fol. 42. p. 2.
 Laus præmiū virtutis. fol. 5. p. 2.
 Eadē cū fugitur, vltro sequitur. fol. 28. p. 2.
 Leges bonas ex malis moribus ortas esse. fol. 47.
 Legibus conscriptis non omnia vitia prohiberi. fol. 47. p. 2.
 Lex quid. fol. 46. p. 2.
 Lex ferri cœpit quum hominū beneuolentia refrixit. fol. 47.
 Locupletes quasi longi seruitij mercedē dignitates accipiunt. fol. 9. p. 2.
 Locus regiminis desiderantibus est negandus, fugientibus ostendendus, ex Gregor. fol. 49. & 60. & Chrysosth. fol. 49. p. 2.
 Locus superior etsi administretur vt decet, non decenter appetitur, ex August. & Chrysosth. ibidem.
 Loquela, & facta, & vultus qualis quisq; sit indicat. f. 15. & 18
 Lycurgus de adulterio nihil sanxit. fol. 47.

M

MANUM suam osculari. fol. 6.
 Marcus Euāgelista ne episcopus eligeretur, pollicem sibi refecuit. fol. 38. p. 2.
 Martianus & Valētinianus. S. C. de ambitu renouarūt. f. 14. p. 2
 Eorundem constitutio de recta gubernatione Reip. fol. 52. p. 2
 Martini dictū quod Disputator N. ad suam opinionē torquet ad Christianam fortitudinem pertinet. fol. 19. p. 2.

MENADER cur ad oraculi dictum Cognosce teipsum. addiderit, Et alios. fol. 7. p. 2.
 Eiusdem sentētia de exultatione sui ipsius. fol. 12.
 Metus supplicij, & formido propitiati peccati quō quis magis ad Deum accedit, eum magis absterrent. fol. 8.
 Morales disciplinæ demonstraciones non habent, vt physicæ. fol. 2. p. 2.
 Mos detestabilis eorū qui quum in aduersariam partem disputant, cōtumeliam faciunt. ibidem.
 Moses munus officij à Deo iniūctum refugere conatus est. fol. 37. p. 2.
 De eodem diuinum elogium. ibidem.

N

NATURA hominū est, vt quod alijs persuadere cupiunt, habeant iam opinione firmatum. fol. 34. p. 2.
 Natura mortalium cupit præstantes honores vitio deprauiata, ex Sophocle. fol. 51.

O

Obediētia quæ debetur Deo, & his qui nobis ipsius loco præpositi sunt, qualis esse debeat. fol. 15. & 18.
 Officium quid sit, & quo ab opere differat. fol. 20. p. 2.
 Officium eligēdum ingenio magis aptum. fol. 22. p. 2.
 Opinio de appetendo episcopatu

I N D E X

P

tu perniciofa. fol. 2.
 Optimus quisque virtutes præstantiores imitatur. fol. 35.
 Opus episcopatus de quo loquutus est Paul. Qui episc. quid sit. fol. 4. p. 2.
 Opus bonum desiderat qui episcopatum desiderat, ergo tale desiderium bonum est, non sequitur. fol. 5.
 Opus episcopatus institutum à Christo. fol. 20.
 Opus episcopatus quomodo cōsiderari debeat, vt ad desiderandum valeat. fol. 21. p. 2.
 Opus episcopatus appetentes affectu animi episcopatum appetunt. fol. 24.
 Opus episcopi præstat officio regis. fol. 25.
 Opus episcopatus à dignitate se iungi non potest. fol. 32.
 Opus prout est episcopalis actus honorem, & dignitatem habet adiuncta. eod. p. 2.
 Opus seclusum à dignitate etsi licitum esset appetere tamen non expediret. fol. 34.
 Opus episcopatus sine summa difficultate administrari non posse. ibidem
 Opus Io. Chrysosth. de sacerdotio refertum doctrinis de non appetendis ecclesiasticis dignitatibus. fol. 50.
 Otium & episcopatus non esse inter se cōtraria, nec omnino in aliquo genere pugnantia. fol. 33. p. 2.

PAULUS qui optimè omnium functus est munere apostolatus indignum se apostoli nomine iudicabat. fol. 38. p. 2.
 Petrus ob singularem modestiā suam à Christo ecclesiæ loco suo præficitur. eod. p. 2.
 Idem ad interrogationē sibi factam à Christo de dilectionis perfectione cautè & moderatè respondit. fol. 48.
 Petrus Canisius archiepisc. Colonix Agrippinæ recusauit. fol. 44.
 Pharaon inhumanus ac barbarus. f. 38
 Philosophi de suo ingenio multauititer de non appetendis dignitatibus tradiderunt. fol. 50.
 Philosophorum dicta rationi cōsona tanquam nostra sint propria vendicanda. eod. p. 2
 Platonis sententia de his qui nō coactè ad gubernationē accedunt. fol. 24.
 Eiusdem de ijs qui fieri aliorum moderatores nolūt. Et quibus dandi nō sunt magistratus. fol. 51. & 52.
 Plutarchi sententia de pugilum exercitatione ad anachoretas & monachos quadrare. fol. 39
 Prædicationis officium est proprium episcoporum. fol. 47.
 Id præstare difficile ac periculosum. ibidem,
 Procurare eo sensu quo sumitur à Disputatore. N. emēdatè aucupari, & consecrari dicitur. fol. 14. Pro-

I N D E X.

- Prouidentes qui sint, & vocabu-
li ^{ἔρτυμόν.} fo. 31. p. 2.
- Prouidentes dici non possunt,
qui in ecclesiasticis ministerijs
exequendis imprudenter ex-
cedunt. fo. 32.
- Ptolemæus Gallius Nouocomē
sis diuino numine derepente
episcopus, archiepiscopus, &
cardinalis factus est. f. 30. p. 2.
- Q**uæstio de appetitione epif-
copatus est tota moralis,
nec admittit argumenta conci-
sis proloquijs necessaria. fol.
2. p. 2.
- Qui credit se iustè viuere, credit
quod Christiana veritas non
permittit. fo. 9.
- Qui se comparati alijs præferunt,
stulti sunt & abominabiles. fo.
12.
- R**egali dominatui præstat ho-
nor apostolatus. fo. 50. p. 2.
- Reges non eligunt ad episcopa-
tus qui fulciri possint ecclesiã
Christi, sed quorum obsequijs
sunt deliniti. ibidem.
- Reges id facientes in eandem dã-
nationem incurrunt, quã qui
ipsis ob eam causam operam
præstant. fo. 10.
- Regis officiũ concupiscere nõ est
cuiusuis è populo. fo. 24. p. 2.
- Regni administratio quare olim
ad pastores deferebatur. f. 55.
- Religio dicitur status perfectio-
nis patiẽdo. fo. 58. Item à fine
fol. 59.
- Tum etiam à iugi exercitatio-
ne. ibidem.
- Religio quo ordine suos quàm
facile ad meliora compellat.
fol. 53. p. 2.
- Religio ab actione cursus pro-
priè nuncupatur. ibidem.
- Religio quid sit. fol. 59. p. 2.
- Religionis desiderio teneri lau-
dabile. ibidem.
- Religionis est hortari suos ad ob-
seruandum consilia, nedũ præ-
cepta. fo. 58.
- Religionum colentes episcopo-
rum exemplo ad suos conatus
excitantur. fo. 57.
- Religionũ colẽtes qui non sunt
re ipsa perfecti, non mentiun-
tur religionem in qua enitun-
tur. fo. 59.
- Rerum externarum species quæ
nostris cupiditatib⁹ inseruiunt.
fo. 4.
- Rerum expetendarum genera
quæ theologo tradunt, duo es-
se. fol. 35. p. 2.
- Rerum omnium formę tres. fol.
46.
- S**acerdotium ad virtutem non
cuiq; conuenit. fo. 23.
- Sacrę scripturę loca ad suam cu-
piditatem exponentes vti vul-
pes habendi sunt, & lupi. fol.
17. p. 2.
- Sacros ordines ambitiosiũs ap-
petentes adinouere decreto
Gregorij cauetur, & ecclesiã
per

I N D E X.

- perhorruit. fo. 14. p. 2.
- Sancti episcopatus vel omnino
recusarunt, vel exceperunt coa-
cti, vel habere noluerunt. fo.
32. & 43. p. 2.
- Sancti ex cunctis rebus, dũtaxat
noxijs, & periculosis se absti-
nent. fo. 46.
- Sanctitas in cõtemnendis digni-
tata est, non in appetendis. fo.
37. p. 2.
- Sapiens est qui suam ignorantia
agnoscit. fo. 12.
- Sapiens pro salute aliorum non
obijcit se in discrimen animæ
sux. fo. 34.
- Siluester in Sora cõte latens Con-
stantino diuinitus patefactus
est. fo. 30. p. 2.
- Idem ad sacros ordines promo-
tis in vno quoq; tẽpus se exer-
cendi præscripsit. fo. 55. p. 2.
- Societatis Iesu sacerdotum insti-
tutum. fo. 43.
- Socratis sentẽtia de his qui se ali-
quid scire putant, & de se. fol.
12. p. 2.
- Sol autor lucis. fo. 37.
- Solon de parricidio nihil tulit.
fol. 47.
- Spes quid sit. fo. 52. p. 2.
- Spes quæ non est gloriæ sempi-
ternæ verlatur circa modera-
tionem affectuum. fo. 56. p. 2.
- T**emerarij qui. fo. 56.
- Terra defossam habes. f. 24.
- Thomas adduci nullo modo po-
tuit vt dignitates acciperet. Ar-
chiepiscopatum Neapolitanũ
etiam recusauit. fo. 41.
- V**alentiniã gatiarum actio
cũ Ambrosium episcopa-
tum excipere cõgisset. fo. 39.
- Verum ex falsis non efficitur. fo.
46. p. 2.
- Vir bonus quis. fo. 7.
- Vir bonus & se, & alios debet in-
struere. ibidem.
- Vir bonus de suo merito nihil iu-
dicat cum alijs collatus; quia si
se nouit, tamen alios non no-
uit. fo. 7. & 12.
- Vir bonus non est, qui se bonum
existimat. fo. 49.
- Vir bonus si ad gubernationem
assumatur difficulter acq-
scit. fo. 51. p. 2.
- Viris bonis si ciuitates abũdarẽt
de non imperando certaretur.
fo. 51. p. 2.
- Virtus per se expetenda. fo. 36.
- Virtus quid, & qualis. eod. p. 2.
- Virtutem quum volumus sem-
per Deo adiuuante, consequi-
mur. fo. 10. p. 2.
- Virtutem qui est episcopatum
assequutus, propterea non cõ-
sequitur. fo. 46. p. 2.
- Virtutes suas q̄ alijs recentent
vt episcopatum assequantur,
peccant. fo. 11. p. 2.
- Virtutes sunt veræ diuitiæ, ex
Gregor. fo. 35.
- Virtutes ficta simulatione pieta-
tis adulterari posse. fo. 45.
- S** Vitam

I N D E X

Vitam tenuem sapientiff. quiq;
magis expetendam putant,
quam dignitates. fo. 37.
Vocationis suę quisq; curam ha-
bere debet, nec studio beneme-
rendi iniussu Dei de statu pro-
prio demigrare. fo. 30.
Voluntas humana diuinę volū-
tati subiecta. fo. 15. p. 2.
Votum peculiare sacerdotum so-
cietatis Iesu. fo. 43.

Z
Zosimi autoritas appetētiam
episcopatus tollit, nō indu-
cit; nam qualem esse oporteat
vnumquenq; vt pontific. spe-
ret, ostendit. fo. 54. & 56.
Hoc idē ex eadē ratione scrip-
sit Urbanus. fo. 54.
Zosimus nostrorum meritorum
iudicium nobis metipsis re-
linquit duabus de causis. fol.
55. p. 2.

F I N I S :

Errata:

Fol. 2. p. 2. li. 13. lege adaugent. fol. 20. p. 2. li. 9. leg. sit. fol. 23. p. 2. li. 21.
lege. γυδων σικυδων. fol. 32. p. 1. lin. 19. in margine c. 2. b 5. lege c. 5. b 4
fol. 39. p. 1. li. 20. audisset, Gratias d. sicut intermedius uersiculus, qui sic resti-
tuatur: audisset, illumq; reluctātem precibus tandem suscipere cōpu-
liset, Gratias. post fo. 47. & 48. mendo se in duobus sequentibus idem nume-
rus geminatur. fo. 47. mendo typographi. pag. 2. li. 5. in margine cap. 1. c 10.
lege ca. 10. c 15.

Ego Michael à Lerga Regius librorum corrector in Academia Complutensi
si uidi hūc dialogum. D. Hieronymi Regij à sacris Catho. Maieft. cum hisce lo-
eis emendatis, quę Typographi negligentia irrepserant, quem cum archetypo
regij Senatus examine comprobato contuli, & fideliter typis excussum re-
peri: il quod & solita mei nominis subscriptione testatum relinquo. Complu-
ti. 3. Non. Iulij 1584.

Michael à Lerga.

